G AMATI GRETS

Ex libris ~~[illegible]~~

Ave Maria gratia plena dominus

Franciscus [illegible]

Ex libris Sinatorum Per me
Andream Droho[illegible]
Anno Domini 1623
N

IACOBI GRETSERI, SOCIETATIS IESV,

INSTITVTIONVM LINGVÆ GRÆCÆ,

Liber Primus.

DE OCTO PARTIBVS ORATIONIS.

PRO SCHOLA SYNTAXEOS:

Cum INDICE Græcolatino.

Editio vltima.

Erem Camaldul ppe Varsaviam

COLONIÆ AGRIPPINÆ.
Sumptibus ANTONII HIERATI.
ANNO M. DCXIX.

AD STVDIOSAM IVVENTVTEM.

QVid Graiûm penitus iuuat explorare latebras?
  Quid Graiûm indagas abdita sensa, puer?
Niteris incassum, cæcisq; ambagibus hæres,
  Te nisi GRAMMATICE Duxq; comesq; regat.
GRAMMATICE tibi fila potis Minoidos instar
  Tendere, quæ neuit Musa Pelasga soror.
GRAMMATICE Auctorũ Labyrinthos mille docebit;
  Mille per anfractus conscia pandet iter.
Ergo age, GRAMMATICEN sociam ne desine victus
  Quærere; quærendi tædia vincet amor.

NOBILI ET MAGNIFICO DOMINO, D. IOANNI GEORGIO HERWARDO AB HOHENBVRG, I.V.D. Sereniſs. Bauariæ Ducis, &c. GVILIELMI Conſiliario intimo, & ſupremo Cancellario,

IACOBVS GRETSERVS, SOCIETATIS Ieſu, S.D.

GRÆCAM linguam longe omniũ eſſe pulcherrimam & vtiliſſimã, Magnifice & clariſſime Domine Cancellarie, cõmunis & vera eſt eruditorũ perſuaſio, teſtata totius ſuperioris memoriæ teſtimonio. Pulchram enim & maximorum commodorum feracem eſſe oportet, quæ Græciæ terminis nequaquam incluſa, Aſiam prope vniuerſam, Italiam, Galliam, & reliquas orbis terrarum partes iam olim peruaſit, & extra anni ſoliſq; vias, ſuper & Garamantas & Indos protulit imperium, vt ne Alcides quidem tantum telluris obiuerit, quantum hæc lingua:

Fixerit æripedem ceruam licet, aut Erymanthi
Placarit nemora, & Lernam tremefecerit arcu.

vt ait Poëtarum optimus. Quamobrem nihil à ratione alienum facturus videtur, ſi quis illã cum Orphei lyra, aut cum Amphionis teſtudine comparet; vt enim hæc ſaxa mouere ſono

poterat, & lenire tigres, rabidosq; leones, & prece blanda ducere quo vellet; ita Græca lingua non tantum veteres Romanos rerum Dominos, omni humanitatis genere perpolitos, sed & Asiaticos, Scythas, Brachmanas, Gallicanos Druidas, aliasq; multas immanitate barbaras gentes excoluit, & cum ad eloquentiæ, tum ad Philosophiæ studia rerumq; cœlestiũ contemplationem erudiuit. Nostro etiam seculo, quo refloruerunt ac propemodum renatæ sunt literæ, Græcis Musis æque suus constat honos atq; Latinis, quippe sororibus, & quas disiungere sine certa & præsenti iactura minime possis, siue Poetices, siue Rhetorices, siue Philosophiæ, siue alterius maiorum gentium scientiæ desiderio & amore tenearis, tametsi plures nunc quam temporibus anteactis reperias, qui nihil sibi cum Gręcis disciplinis negotii esse velint. Sedquid mirum? suo ęuo tam felici & docto exclamabat Theocritus,

Τίς γὰρ τῶν ὁπόσοι γλαυκὰν ναίουσιν ὑπ' ἠῶ,
Ημετέρας χάριτας πετάσας ὑποδέξεται οἴκῳ
Ασπασίως;

Interea tamen melior, si non maior numerus, libenter cum eodem vate canit:

τέττιξ μὲν τέττιγι φίλος, μύρμακι δὲ μύρμαξ,
Εμὶν δ' αἱ μῶσαι καὶ ᾠδά,
Τᾶς μοι πᾶς εἴη πλεῖος δόμος.

De his igitur, quibus tantum sui amorem in pectore Græca lingua incussit; præclare mereri illos, qui prima rudimenta eius linguæ tradunt,

dunt, Grammaticasq́; institutiones conscribunt, non inuitus fatebitur, qui nos eo loco & tempore natos meminerit, quo sine præsidio præceptionum ad cognitionem Græcæ literaturæ ne aspirare quidem licet. Prodierunt autem hactenus Grammatici, non vnus, sed vt ille ait, μυρίοι, οὓς οὐκ ἄν τις ἀριφραδέως ἀγορεύσοι θνητὸς ἐών. Post quos oẽs exit itidem hæc Grammatica tribus suis partibus perfecta & absoluta, in gratiam potissimũ iuuentutis, quã variis in locis fidei nostræ commissam bonis morib⁹ & literis informamus. Hoc autem quidquid est operis, tibi, Nobilis & Magnifice Domine, dedicare placuit, non certe, vt te tantæ eruditionis & dignitatis virum ad hæc primæ ætatis ludicra crepundia reuocem, sed vt illustri tuo nomine liber insignitus aliquid lucis accipiat, gratiorq́; & acceptior accidat cum aliis omnibus, tum maxime studiosis adolescentibus, quibus, quam ego viam perueniendi ad edita doctrinæ Græcæ templa demonstro, regulis eam tu ostendes opere ipso & exẽplo, cũ eas in Græcis processiones feceris, vt honestissimarũ disciplinarum Candidati rectissime facturi sint, si in te vnum intueantur, te imitari, & ad tuum exemplum totis viribus properare conẽtur. Monebat Bias: ἐφόδιον ἀπὸ νεότητος εἰς γῆρας ἀναλάμβανε σοφίαν. βεβαιότερον γὰρ τοῦτο τῶν ἄλλων κτημάτων. Cui consilio quam diligenter parueris, exitus ipse probat: quod enim genus sapientiæ tibi non comparasti velut dulce ma-

turioris ætatis ipsiusq́; senectutis præsidium & viaticum? Nam Græcis, Latinis, Hebraicis literis, & antiquitatis peritia non contentus, Mathematicas itidem disciplinas perdiscēdas putasti; ita tamen, vt scientiam Iuris & æqui, quam parit ars & perficit vsus, præcipuo quodam amore semper fueris complexus. Hinc te ad tantos dignitatum gradus euectum, & post Cameræ Spirensi vtilissimam nauatā operam, post plurima tua in Rempublicam merita, Bauariæ Cancellariæ summa cum potestate præfectum esse, neq; nouum neq; insuetum videri debet, est enim doctrina parens honorum fœcunda, præsertim cum virtute morumque integritate coniuncta, qualis tua, Nobilis & Magnifice Domine. Et quamuis nemo sit qui omne virtutum genus in te non suspiciat, iustitia tamen tua Rectiq́; amore æquabili tenore perennis, & nec gratia nec pretio flecti potis, omnium animos mirifice sibi conciliat, vt inter viros iustos & propositi tenaces, quos Horatius elegantissime depingens, neq; illabentis mundi ruina loco motum iri canit, omnes vno ore te numerent. Accessit altera quoq; ratio hunc tibi librum inscribendi. Par erat extare aliquod grati animi monumentū, quo tuæ in Societatem nostram singulari beneuolentiæ, pluribusq́; officiis, qualem qualem vicem rependeremus. Nihil aliud in præsenti occurrit, prçter hoc opus, quod tibi accęptum fore, eo minus dubitamus, quo certius

scimus

ſcimus viros eruditos eruditorumq́; amantes; etiam tenuiſſimum munus, dummodo ſit literarium, nequaquã aſpernari. Ne huic quidem loco Dii immortales deſunt, dicebat Heraclitus, neſcio quibus fumoſam caſam ingredi recuſantibus. Vt ergo Philoſophus hic in loco, quantumuis in ſpeciem abiecto, diuinum Numen agnouit, ita & tu in hoc tam exili dono gratæ mentis notas, & alia quæ placeant, facile agnoſces. Vale. INGOLSTADII Kalend. Iulij 1593.

AD LECTOREM.

TRes libros harum Inſtitutionum collegimus, beneuole Lector, in gratiam & commodum iuuentutis, quæ noſtris in Scholis Græcis & Latinis literis ad humanitatem informatur. Neq; vero nulla: ſuſcepti laboris cauſas habuimus. Primum enim vtile videbatur fore, ſi vnius auctoris de re Grammatica opus integrum & perfectum exſtaret, ne cogeremur quotannis tres quatuorue diuerſos Grammaticos in noſtra gymnaſia introducere, non magno eorũ, quos erudiendos ſuſcepimus, emolumento, dum à Clenardo & Anteſignano octo partes orationis, à Varennio Syntaxin, & à Vergara Proſodiam diſcunt. Licet enim hic omnes Grammaticæ partes ſit perſecutus, non tamen tanti videbatur, vt relicto Clenardo & Varẽnio, ipſe ſolus ius in ſcholis diceret. Nam in prima parte Clenardo cum ſuo Anteſignano, & in ſecunda, Varennio, ſine omni dubitatione longe eſt inferior, vt taceam ordinem perturbatum & implicatum, ex quo te non certius & citius ſine duce, quam ex Labyrintho expedias. Ipſe vero Clena rdus ſolus & ſine commentariis breuior eſt, quam vt auditorem ad lectionem cuiuſuis Auctoris præparet, vt de methodo & diſpoſitione nihil dicam, quam non omnibus placere, docet non ſemel atq; iterum, ſed ſæpius præpoſtero & inuerſo ordine editus Clenardus; cum Anteſignano autem prolixior eſt, quam vt iuuentuti compendiorum auidæ, & in Græciam breuiſſima via feſtinanti Dux præire queat.

queat. Accedit, quod in singulos annos nouus quodammodo prodit Clenardus, nouis notis, notationibus, animaduersionibus, paralipomenis & censuris, quasi vinculis & compedibus onustus, stigmatias factus ex libero & ingenuo, sicut & scholiastes eius Antesignanus; quem, vt ille Deiphobum,

Lacerum crudeliter ora,
Ora manusque ambas, populataq; tẽpora raptis
Auribus, & truncas inhonesto vulnere nares,

Iure interroges,

Quis tam crudeles optauit sumere pœnas?
Cui tantum de te licuit?

Vt igitur his aliisq; incommodis mederentur, qui nostris scholis præsunt, voluerunt, vt istæ Institutiones, non vnam, sed omnes Grammaticæ partes complexæ in lucem exirent, ordine & dispositione ab Emmanuele nostro, quam fieri potest, minime diuersæ, præsertim in secundo & tertio libro, nec breuitate nimia adstrictæ, neq; superflua prolixitate fusæ, sed mediocritate, quæ ad iacienda linguæ Græcanicæ fundamenta cuiuis satis sit, gratæ & acceptæ. Dialectos porro non in vnum cumulum, vt ita loqui liceat, cõiecimus, sed suo quasq; loco collocauimus imitati Antesignanum. Nam vt membrum in corpore, tunc corpus ornat, si suum locũ obtineat, ita & Dialecti in hoc Grammatico corpore. Qui vero diuersa consilia secuti, Dialectos propria statione auulsas, in vnum caput congregarunt, illi mihi πανσπερμίαν *quandam Anaxagoræ moliri videntur, cui iure optimo adscribant duo illa Elogia:*

Παῦ ἐν παντὶ μέμικται,

Et,

Rudis indigeſtaq; moles.

Quis enim non videat, & ad memoriam aptius, & ad confuſionem vitandam accommodatius futurum, ſi illis ſtatim ſubiiciantur Dialecti, quibus vt accidentia accidunt, ſiue, vt euenta eueniunt? Adde quod multi felicioris indolis adoleſcentes, dum regulas & paradigmata diſcunt, vltro etiam & ſine præceptorum auſpiciis Dialectos regulis & paradigmatis adiunctas diſcunt, quas abiunctas ne aſpicerent quidem. Nolumus tamen vt profeſſor auditoribus Syntaxeos, quibus prima huius Grammatices pars elaborata eſt, Dialectos, vel etiam omnia illa, quæ paſsim in annotationibus annotantur, explanet. Nam pleraq; horum maioris ſunt operæ & difficultatis, quam vt illis iuuentus, eo tempore & loco, ſit oneranda, & multa plenioris vberioriſque doctrinæ gratia adferri ſolent, quæ ſi à diſcipulis exigas, parum decore feceris. Delectum igitur & iudicium adhibebit hic eruditus Magiſter, qua in re multum iuuabitur typorum & characterum varietate, qua paſsim regulas ab annotationibus, & has à Dialectis diſtinximus, & Dialectos quidem Doctori humanitatis intactas relinquet, qui primis hebdomadibus cum nouis diſcipulis repetitione Grammatices per aliquot dies inſtituta, rationem quoque Dialectorum tradet; quamuis pro certo habendum ſit, Dialectos melius & expeditius non diſci, quam lectione poetarum aliorumque, qui ſuis monumentis huiuſcemodi idiomata inſeruerunt. Cum ergo Magiſter poetas interpretabitur,

pitur, semper monebit, quo capite Grammatices hanc vel illam, vel illius similem Dialectum Auditores sint reperturi. Necessarium porro est, vt ex prima Grammatices Schola, nullis ad Humanitatis classem aditus pateat, qui totam Grammaticam animo comprehensam probe non teneant, quod difficile non erit, si ex tertia & secunda Grammatices Schola non mittantur ad primam omnino rudes, sed Epitomes ex hoc libro confectæ iam periti, ita enim gradatim ad Græcæ linguæ cognitionem quasi euecti, iucunde & hilariter ad ea procedent, de quibus in maioribus Scholis non immerito desperassent. Quid enim speret ille, cui in Humanitate & Rhetorica adhuc cum τύπτω & τύπτομαι luctandum est? non nego reperiri, qui victoriam consequantur; sed eos paucos esse & plures ῥιψάσπιδας οὐ πάλιν μαχησομένους effici, quotidie videmus; Itaq; quod Arcesilaus olim: οὐδεὶς πόκον εἰς γναφεῖον φέρει. & alius, παρ᾽ ἐμοὶ οὐ πόκος κνάπτεται, vel vt quidã legunt, γναφεύεται, id iure suo Magistri superiores occinant illis, quos Grammatices ignaros in ludum suum cooptari velle vident. Τάξις γάρ ἐστιν, ὥσπερ ἐρίων ἐργασίας, οὕτω καὶ μαθημάτων διδασκαλίας, καὶ οὐδεὶς οὔτ᾽ ἀναγινώσκειν διδάσκεται, πρὶν πάσας ἐκμαθεῖν τὰς συλλαβὰς, οὔτ᾽ αὐτὰς, πρὶν ἅπαντα τὰ στοιχεῖα τῆς φωνῆς, vt verissime scripsit Galenus. Hoc igitur docendi ordine obseruato, haud fallemur sperato profectuum fructu, maxime si ad Grammaticas præceptiones accedat, itidem assidua bonorum Auctorum explicatio, frequens disputatio & concertatio, repetitio, scriptio, sedula Doctoris ad laudem & decus

cohor-

cohortatio, & deniq; aliqua etiam librorum supellex, quod genus, Lexica, Nomenclatores, Phraseologiæ, Calligraphiæ, Meditationes, seu Thematum explanationes, formulæ loquendi pueriles, in quibus omnibus viri doctissimi iamdudum vtilem operam iuuentuti nauarunt, vt facile si velint adolescentes habere possint, vnde & ad Auctores propria industriæ peruolutandos, & ad solutam vinctamque orationem scribendam subsidium & opem petant.

INDEX

INDEX CAPITVM LIBRI PRIMI.

CAPVT I.

DE GRÆCORVM LITERIS EARVMQVE DIVISIONIBVS & affectionibus.

Literas habent Græci viginti quatuor, quarum figuras, nomina, potestatesq; subiecta tabula ostendit.

Α α ϫ	ἄλφα	Alpha	a
Β β ϐ	βῆτα	Vita	u, b
Γ γ ɼ	γάμμα	Gamma	g
Δ ∂ δ	δέλτα	Delta	d
Ε ε	ἐψιλὸν	Epsilon	e tenue
Ζ ζ ζ	ζῆτα	Zita	z
Η η	ἦτα	Ita	i
Θ θ ϑ	θῆτα	Thita	th
Ι ι	ἰῶτα	Iota	i
Κ κ	κάππα	Cappa	c, k
Λ λ	λάμβδα	Lambda	l
Μ μ	μῦ	My	m
Ν ν	νῦ	Ny	n
Ξ ξ	ξῖ	Xi	x
Ο ο	ὀμικρόν	Omicron	o paruum
Π ϖ π	πῖ	Pi	p
Ρ ϱ ρ	ῥῶ	Rho	r
Σ ϛ σ ς	σῖγμα	Sigma	ſ
Τ τ ꞇ	ταῦ	Tau	t

Υ υ ʋ	ὐψιλόν	Ypſilon	y tenue
Φ φ φ	φῖ	Phi	ph
Χ χ	χῖ	Chi	ch
Ψ ψ	ψῖ	Pſi	pſ
Ω ω	ὠμέγα	O mega	o magnum.

ANNOTATIO.

Quemadmodũ certum eſt olim apud Latinos aliam fuiſſe literarum & ſyllabarum, &, vt vno verbo dicam, Latinæ linguæ pronunciationem, quam ſit hodie: ita certum eſt, Græcos longe aliter multas literas pronunciaſſe, quam nos hoc tempore pronunciemus. Qua de re integri quorundam extant libri. Porro ſicut natiua & genuina Latini ſermonis pronũciatio intercidit, ita & Græci, ac proinde inutile fuerit curioſe nimis veterem pronunciationẽ ſequi, quam nunquam ſis aſſecuturus, cum non plane conſtet qualis fuerit.

Efferantur ergo literæ & voces eo ſono & modo, qui doctis pleriſq; probatur, & quem in ſuperiori, elementorum Græcanicorum delineatione, Latinis ex altera parte reſpondentibus, efformatum cernis: cum etiam huius ætatis Græci ab illa pronũciatione nihil vel perparum diſcrepent; maxime quod attinet ad tres iſtas literas β, η, υ, de quibus potiſſimum certatur.

DIVISIO LITERARVM.

Diuiduntur literæ generali diuiſione in vocales & conſonantes.

Vocales ſunt ſeptem α, ε, η, ι, ο, υ, ω. Conſonantes reliquæ omnes.

Vocales natura longæ ſunt, η, ω. Breues ε, ο. Ancipites vel dubiæ, α, ι, υ.

ANNO-

ANNOTATIO.

Vocales natura longæ corripiuntur nonnunquam à Poetis Græcis, & breues producuntur non tantum positione, sed aliis quibusdam modis vel potius licentiis, vt suo loco ostendemus.

Ancipites non ideo hoc nomen habent, quod in quauis dictione arbitrio vsurpantis breues sint aut longæ, sed quod in diuersis. Nam α & ι, in his vocibus, στόμα, os, μέλι, *mel*, semper corripiuntur; sicut & υ in his, φυγὴ, *fuga*, γυνὴ, *mulier*. At in voce λαὸς, *populus*, α semper longum est; & ι in τιμὴ, *honos*. νίκη, *victoria*: & υ in nomine μῦθος, *sermo, fabula*, ψυχὴ, *anima*, χρυσὸς, *aurum*, θυμὸς, *animus, ira*.

Reperiuntur tamen vocabula, quæ eandem vocalem ancipitem modo producant, modo corripiant; vt Ἄρης, *Mars*, ἀνὴρ, *vir*, καλὸς, *pulcher*, φίλος, *amicus*, ἴσος, *æqualis*, ὕδωρ, *aqua*.

Diuiduntur rursus vocales in præpositiuas & subiunctiuas, seu in principes & subditas.

Præpositiuæ sunt, quæ in compositione diphthongorum præponuntur, vt α, ε, η, ο, ω. Postpositiuæ quæ postponuntur, vt ι, υ.

Quia tamen ex his ipsis duabus subditis vocalibus diphthongus impropria υι conficitur, fit, vt υ respectu sui comparis, etiam præpositiua dici possit.

DE DIPHTHONGIS.

Constituuntur ex vocalibus diphthongi duodecim, quarum sex vocantur propriæ, αι, αυ, ει, ευ, οι, ου. Sex impropriæ, ᾳ, ῃ, ῳ, ηυ, υι, ωυ.

Illæ dicuntur propriæ, quod duplicem edant

edant sonum, si recte pronuncientur. Hæ vero impropriæ, quod simplici efferantur sono. Nam ᾳ pronunciatur vt α simplex, similiter ῃ & ῳ. Numerantur tamẽ in diphthongis, quod sub se vocalem contineant, in quam quoq; ad latus adscriptam resolui possunt, ᾅδης, infern⁹, ἀίδης, λῃστής, latro, ληϊστής.

Quando vocalis posterior diphthõgi, duobus superne punctis notatur, tunc fit diçresis, & quçlibet vocalis propriam syllabam constituit, παΐς, puer. εὔφωνος, sonorus.

ANNOTATIO

Habent diphthongi hoc nomen à duplici sono.

Nonnulli eas biuocales Latine appel[l]ā[t], vel quod duplici constent vocali, vel quod sonum ed[a]nt geminum. Vnde etiam bisonæ vel bisonantes d[i]ci poss[u]nt, ad eum modum, quo aliquæ literç à consonando dictæ sunt cõsonantes vel consonæ; & vocales à vet[e]ribus sonæ; & mutæ, Insonæ, teste Isidoro lib. 1. Etym. c. 4.

Nec mireris si hodie diphth[o]ng[i] tam apud Latinos quam apud Græcos sint monophthong[i]; quia vera pronunciatio desiit; quam tamen col[li]ge[r]e aliquantulum licet ex vestigiis, quæ apud Latinos su[p]er sunt. Nam αι, fere efferebatur, vt apud Latinos illud V[i]rgilii, *Aulai, pictai*, & apud Lucretium, *Aquai, patriai*, itemq; *Aiax*, *Maia*.

Αυ pronunciabatur vti nunc in his vocibus, *Aura*, *Aurum*, *Taurus Thesaurus*.

Ει sonabat vt audis in his versibus Ouidii:

Flebilis indignos Elegeia solue capillos:

Et:

Exigit indicij memorem Cythereia pœnam.

Vtrobiq; est diphthongus ει, sed soluta. Nulla tamen diæresi facta antiqui non vt nos Elegia, sed Elegeia dicebant, vtraq; videlicet diphthongi parte sonante; Vt fit in penultima illius versus 1 Æneid.

Quarum quæ forma pulcherrima Deiopeia.

Et in vocabulo eia, Græce εἶα.

Ευ eum habebat sonum, quem nunc habet in his vocabulis, *Eurus, euge, Eucharistia.* οι talem, qualis est, in *Troia, Troianus.* ου efferebatur vt à Gallis, *Nous, Vous.*

Diphthongi illæ, ηυ, υι, ωυ, sunt diphthongi propriæ, quippe duplicis soni, si legitima obseruetur pronunciatio. Numerauimus tamen illas inter diphthongos improprias, secuti alios Grammaticos, qui eas, quod essent κακόφωνοι & duriusculæ, impropriis adscripsisse videntur. Quamuis Lascaris, ηυ & ωυ, omnino non numeret in diphthongis. In prioribus diphthongis impropriis non subscribebatur olim iota vocalibus, sed ad latus adiungebatur, αι, ηι, ωι. Quæ consuetudo postea desiit, & tantum in literis capitalibus, seu maiusculis remansit, Αι, Ηι, Ωι.

DE CONSONANTIBVS.

Consonantes sunt duplices: Mutæ & semiuocales.

Mutæ diuiduntur in { Tenues, π, κ, τ. / Medias, β, γ, δ. / Aspiratas, φ, χ, θ. }

ANNOTATIO.

Ex tribus istis classibus prima & vltima extremæ sũt & oppositæ. Media conuenit cum vtrisq;. Nam β accedit aliquo modo ad ϖ, & aliquo modo ad φ; γ, vero ad κ & χ, δ, autem ad τ & θ.

Solent porro sæpe tenues cum aspiratis, & hæ cum illis in oratione & in temporum formatione, & in vocabulorum compositione commutari, vt in progressu huius libri constabit.

Semiuocales diuiduntur in liquidas seu immutabiles, λ, μ, ν, ρ. Et in duplices ζ, ξ, ψ, sic dictas, quod duabus aliis consonantibus æquiualeant. Et in literam σ.

Valet

Valet autem { ζ δς, vel vt quidam σδ. ξ κς, γς, χς. ψ πς, βς, φς. }

Diuiduntur quoq; consonantes in præpositas & subditas.

Præpositæ dicuntur illæ, à quibus dictio potest inchoari; cuiusmodi sunt omnes Græcorum consonantes.

Postpositæ illæ quæ Græcas dictiones finiunt, quales tantũ sunt ν, ρ, σ, ξ, ψ, & κ, in dictionibus ἐκ & οὐκ. Nulla enim vocabula Grȩca in aliam consonantem exeunt. Nam illa Ἰωσὴφ, Δαβὶδ, Μιχαὴλ, Σὴθ, *Ioseph, Dauid, Michael, Seth*, & similia, quæ passim, in diuinis libris Græce scriptis occurrunt, non sunt Græca, sed peregrina. Illud autem οὐχ pro οὐχὶ, mutilatum est per Apocopen, quod aliqui etiam tradunt de οὐκ, quasi sit pro οὐκί.

γ ante γ, ξ, χ, sonat vt ν, ἄγγελος, *Angelus*, λύγξ, *lynx, singultus*, vel *lynx, fera*, ἔγχος, *hasta*.

Idem fit cum γ ante κ ponitur, sed ipsum κ, induit tum sonum τοῦ γ, πέφαγκα, pephanga, à φαίνω, *appareo*.

DE ACCENTIBVS.

AD rationem legendi spectat quoq; accentus; qui triplex est.

Acutus θεός, λόγος, τύπτομεν.

Grauis, τιμή.

Circumflexus, μοῦσα, ποιῶ.

ANNOTATIO.

Acutus attollit, grauis deprimit, circumflexus, vt no-

men ipsum præ se fert, partim attollit, partim deprimit syllabam; constat ex acuto & graui, sonus eius hodie incertus est, vt recte dixit in sua prosodia noster Emmanuel. Nam syllabas circumflexas efferimus nunc vt acutas. Nec plura hic de accentibus: Nam vtrum in illo vocabulo ἠμὴ, grauis sit an acutus, explicandum est. c. 22.

Tantum obseruetur accentum & quantitatem syllabarum apud Græcos distingui, & in pronunciatione nõ quantitatis, sed accentus rationem haberi. Contra fere fit apud Latinos.

DE SPIRITIBVS.

Spiritus duplex est: { Asper siue densus, ἅμα, *simul.* Lenis siue tenuis: ἐγὼ, *ego.* }

Locus spiritum est vocalis aut diphthongus initio dictionis, itemq; consonans ρ, quæ in principio vocis aspiratur, ῥώμη, *robur*: in medio autem si duplicetur, priori loco lenem, posteriori asperum spiritum habet, πόῤῥω, *procul*, ἄῤῥωςος, *infirmus.*

ANNOTATIO.

Spiritus asper pronunciatur vt aspiratio Latina H, subitq; eius vicem apud Græcos.

Spiritus lenis moderatius efferebatur olim, vt ipsum nomen significat, sed vsus eius iam penitus exoleuit. Omnes enim Græcum pronomen ἐγὼ efferunt, vt Latinũ illud, *ego.* Et tunc leni spiritu pronunciari censetur vocabulum, cum non pronunciatur aspero.

Cæterum ρ, si in medio non duplicetur, nullo notatur spiritu, φιλοκερδὴς, *amans lucri*, nisi alterum ρ, sit abiectũ, quod Poetæ interdum versus gratia faciunt, ἄρεκτον pro ἄῤῥεκτον, *infectum*, quamuis hoc non fiat semper, ῥάπτω, *suo*, ἔῤῥαπτον, pro ἔῤῥαπτον, *suebam.*

Quo aũt spiritu quæuis dictio insigniatur, non præceptorum multitudine, sed vsu & obseruatione discendũ est.

est. Si quis tamen regulas desiderat, is libellum Antesignani de spirituum ratione adeat. Illud notetur, in maiusculis literis à multis neq; spiritum, neq; accentum scribi.

DE APOSTROPHO.

APostrophus est nota reiectæ & elisæ vocalis fere breuis, aut diphthongi, cum sequens dictio à vocali aut diphthongo inchoatur.

Eliduntur ex vocalibus, ε, ο. Item α & ι, cum corripiuntur.

Ex diphthongis αι & οι, βούλομ' ἐγὼ, *volo ego*, pro βούλομαι ἐγώ. οἴμ' ἐγὼ, pro οἴμοι ἐγὼ, *Heu mihi*; Istæ enim diphthongi habentur breues in accentibus.

Quod si vocalis aut diphthongus alterius dictionis aspiretur, tunc tenuis præcedens mutatur in aspiratam, ἀφ' οὗ, pro ἀπὸ οὗ, *à quo*. νύχθ' ὅλην, pro νύκτα ὅλην, *totam noctem*.

Consonantes præcedentis vocabuli pertinent ad vocalem proximam dictionis sequentis, non autem ad vocalem dictionis antecedentis; vt νύχθ'-ὅλην.

ANNOTATIO.

Apud Homerum Iliad. β. eliditur etiam η, τράφ' ἐνὶ μεγάρῳ, pro τράφη, vel ἐτράφη ἐνὶ μεγάρῳ, *Nutritus est in domo*. Alii tamen legunt τράφε posito actiuo pro passiuo. Alii τράφη ἐν μεγάρῳ, ne cogantur dicere abiici. Sed quid dicent ad hoc Odyss. ι. ἐιλαπίν' ἠὲ γάμος, *Epulæ sunt an nuptiæ?* Certe hic η eliditur, vt & α longum, apud Anacreontem, Ode 15. εὔδι' ἐστὶ, *serenitas est*, pro εὔδια, & ω in hoc Sapphus carmine, ἀπ' ὠράν' αἰθέρος διὰ μέσω. *de cœlo, æthera per medium*, pro ἀπ' οὐρανοῦ seu οὐρανῶ.

Interdum abiicitur vocalis, quamuis ſequatur conſonans in altera dictione tam in compoſitione, quam extra, παρ' θεῷ, *apud Deum*, κάτ' θεο, pro κατάθεο, *depone*.

Interdum non vltima præcedentis vocabuli, ſed prima ſequentis litera eliditur. Vt ἡ 'γαθή, pro ἡ ἀγαθή, *bona*. ἡ 'ρετὴ, pro ἡ ἀρετὴ, *Virtus*. Quæ tamen ab aliis potius ad aphæreſin, quam ad apoſtrophum referuntur.

Reliqua de Apoſtropho & ſimilibus nominum affectionibus ad proſodiam reſeruamus, vbi etiam allatis exemplis oſtendetur, non ſemper abiici breuem vocalē aut diphthongum. Quid, quod ne abiici quidem poſſūt perpetuo ſine abſurditate; quis enim in ſoluta oratione dicat? κ' ἦλθε, pro καὶ ἦλθε. κ' ἄνθρωπος, καὶ ἄνθρωπος, ἐμ' ἔδωκας, pro ἐμοὶ ἔδωκας. Adhibendum eſt ergo iudicium, vbi & quando Apoſtropho ſit vtendum. Cenſent etiam viri docti non tantum in carmine, ſed & in ſoluta oratione ſine piaculo ſcribi: νύκτα ὅλην.

DE INTERPVNCTIONIBVS.

COnueniunt Græci cum Latinis in commatis ſeu inciſis punctiſq;, quibus periodus terminatur; at in illis interpunctionibus, quæ colon & ſemicolon dicuntur, diſcrepant. Nam quod ſignum eſt Latinis ſemicolon, hoc Græcis eſt nota interrogationis, & colon non duobus, ſed vno ad ſuperiorem literæ partem puncto pingunt, quæ omnia in ſequentibus Anacreontis & Homeri verſibus videre licet.

Τόδ' αὔριον τίς οἶδεν;
Quis cras futura nouit?
Τί γὰρ μάχαισι κἀμοί;
Quid prælijs mihique?

Τί χρυσὸς ὠφελεῖ με ;

Quid conferat mihi aurum?

Ὣς οἱ μὲν τρῶες φυλακὰς ἔχον· αὐτὰρ ἀχαιοὺς

Θεσπεσίη ἔχε φύζα. φόβου κρυόεντος ἑταίρη.

Ita quidem Troiani custodiã agebant; sed Achiuos Diuinitus immissa tenebat fuga, timoris frigidi socia.

Huc quoq; pertinet Hypodiastole, signum inter duas dictionis alicuius syllabas interiectum, distinctionis gratia: ὅ,τι, ὅ,τε, & τό, τε articuli, secernuntur enim hac nota, à coniunctione ὅτι, *quod*, & ab aduerbiis temporis ὅτε, *quando*, & τότε, *tunc*.

Literas vero maiusculas, quarum formam prima columna Alphabeti repræsentat, adhibent Græci more Latinorum dictionibus propriis hominum, locorum, regionum, fluminũ, &c. & illis quæ initio orationis vel periodi ponuntur; quamuis in his tam religiosi non sunt Græci quam Latini, neq; opus est plura de ortographia dicere.

CAPVT II.

DE PARTIBVS ORATIONIS APVD GRÆCOS, ET PRIMUM DE ARTICULO.

PArtes orationis apud Græcos sunt octo. Articulus, Nomen, Pronomen, Verbum, Participium, Aduerbium, Præpositio, Coniunctio.

Casus quinque: Rectus seu Nominatiuus, Genitiuus, Datiuus, Accusatiuus, Vocatiuus. Ablatiuo carent Græci.

Numeri tres: Singularis, Dualis, Pluralis. Duali vtimur cum de duobus sermo est, quãquis id non semper obseruetur.

In Duali eadem est nominatiui & accusatiui & vocatiui vox & terminatio; itidemq; genitiui & datiui. Et in plurali vocatiuus semper est similis nominatiuo.

DE ARTICVLO.

ARticulorum alius est *præpositiuus*, qui præter cætera officia declinandis nominibus præponitur, vt apud Latinos *hic, hæc, hoc*. Alius est *subiunctiuus*, qui vocabulis subiungitur, vt relatiuum *qui, quæ, quod*, cui etiam significatione respondet.

Carent articuli vocatiuo, cuius vicem explet aduerbium vocandi ὦ, per omnia genera & numeros articuli præpositiui.

DECLINATIO PRÆPOSItiui articuli.

Mascul. Singul. ὁ, τοῦ, τῷ, τὸν, ὦ.
Dual. Nom. & Accus. τὼ. Gen. & Dat. τοῖν.
Vocat. ὦ. Plur. οἱ, τῶν, τοῖς, τοὺς, ὦ.
Fœm. Sing. ἡ, τῆς, τῇ, τὴν, ὦ.
Dual. τὰ, ταῖν, ὦ.
Plur. αἱ, τῶν, ταῖς, τὰς, ὦ.
Neut. Sing. τὸ, τοῦ, τῷ, τὸ, ὦ.
Dual. τὼ, τοῖν, ὦ.

Plur. τὰ, τῶν, τοῖς, τὰ, ὦ.

Sic declinantur quoq; composita ὅδε, ἥδε, τόδε, & ὅγε, ἥγε, τόγε. Attici pro ὅδε & τόδε, dicunt ὁδὶ & τοδί.

ANNOTATIO.

Hæc declinatio diligenter est memoriæ mandanda. Inde enim non tantũ articuli subiunctiui, sed etiam nominum primæ, & secundæ, & tertiæ declinationis simplicium inflexio pendet. Nam λόγος, verbi gratia, eandem in omnibus obliquis terminationem habet quam articulus præpositiuus masculinus, τιμὴ quam fœmininus; & cum eodem articulo fœminino conueniunt saltem in duali & plurali nomina primæ simplicium. Qua conuenientia & similitudine animaduersa, facilius multo discentur & memoria retinebuntur sequentium declinationum paradigmata.

OFFICIA ARTICVLI præpositiui.

Primo vsurpatur plerunq; à Græcis, cum rem certam & definitam significant, ἀπόδος μοι τὸ βιβλίον, *redde mihi librum*, nempe *illum certum*. ὁ ἄνθρωπος ἧκε, *venit homo*, non *quiuis*, sed *certus*. sic ὁ ποιητὴς, *ille poeta*, *Homerus scilicet, qui propter excellentiam commune poetarum nomen fecit suum.*

Secundo ponitur interdum pro demõstratiuo pronomine, ἢ pro τοῦτον, adiunctis præsertim particulis δε, γε, ὅγε, ἥγε, τόγε, per omnia genera & casus. Demosth. de corona. εἰ τὸ καὶ τὸ ἐποίησεν ἄνθρωπος οὗτος, οὐκ ἂν ἀπέθανεν. *Si hoc & hoc fecisset ille homo, non fuisset mortuus*, pro εἰ τοῦτο καὶ τοῦτο.

Tertio accipitur pro interrogatiuis in genitiuo & datiuo singulari, οὗ pro τίνος, *cuius?* τῷ pro τίνι, *cui?*

Quarto pro infinitis, εἴ τῳ pro εἴ τινι, *si cui*, ἀγνοῶ τῷ χρὴ πιστεῦσαι. Lucian. *Nescio cui credere debeam.*

Quinto adhibetur diuisionibus cum voculis μὲν & δὲ, vt ὁ μὲν, ὁ δὲ, *hic quidem, ille vero.* Τῶν ἀνθρώπων οἱ μὲν ἀγαθοὶ, οἱ δὲ πονηροὶ, *hominum alii boni, alii mali.*

ANNOTATIO.

Vsurpatur etiam articulus præpositiuus masculinus ὁ pro subiunctiuo ὅς, idq; apud Poetas; & ὅπερ pro ὅσπερ: Quamuis sint qui putent, non esse articulum præpositum, sed subditum, qui literam σ amiserit. Sed quidquid sit de hac sententia, in hoc certe Homeri versu Iliad. 1. locum subditi occupat præpositus. ἣν διὰ μαντοσύνην, τὴν οἱ πόρε Φοῖβος Ἀπόλλων, τὴν pro ἣν, *propter suam scientiã, quam illi dedit Apollo.* Alia sunt huius articuli munera; sed satius est, vt & in hoc, & in sequenti de constructione libro, quæque suo loco explicentur, quam vt omnia huc congerantur.

DECLINATIO ARTICVLI subiunctiui.

Mascul. Sing. ὃς, οὗ, ᾧ, ὅν.
Dual. ὣ, οἷν.
Plur. οἳ, ὧν, οἷς, οὕς.
Fœm. Sing. ἣ, ἧς, ᾗ, ἥν.
Dual. ἃ, αἷν.
Plur. αἳ, ὧν, αἷς, ἅς.
Neut. Sing. ὃ, οὗ, ᾧ, ὅ.
Dual. ὣ, οἷν.
Plur. ἃ, ὧν, οἷς, ἅ.

Eodem

Eodem modo inflectuntur composita huius articuli ὅσπερ, ἥπερ, ὅπερ, & ὅστις, ἥτις, ὅ, τι.

ANNOTATIO.

Articuli præpositiui & postpositiui recipiunt varietatem dialectorum, non aliter quam secunda declinatio simplicium, per quam inflectitur articulus fœmininus; & tertia, per quam inflectitur masculinus. Vnde ex illis, quæ infra de harum declinationum dialectis dicemus, facile intelligentur dialecti articulorum.

CAPVT III.

DE DIALECTIS IN GENERE.

CVm articulo, quem iam explicauimus, & reliquis partibus orationis, quas iam aggressuri sumus, variæ dialecti accidant, operæ pretium erit in hoc capite exponere generatim Primo, quid sit dialectus. Secũdo, quot sint dialectorum genera magis celebria & trita. Tertio, quidnam vnaquæq; dialectus proprium & peculiare potissimum habeat; Dialectos autem singularum declinationum & coniugationum suis quasq; locis enumerabimus; sic enim & confusio vitabitur, laborq; discentium minuetur.

QVID SIT DIALECTVS.

DIalectus nihil est aliud, quam vnius & eiusdem linguæ nota & differentia, non omnibus qui illa vtuntur, sed aliquibus tantũ vsitata; quorum ratione dialectus idioma seu proprietas dici solet; siue differentia hæc cõsistat in solis literis eiusdem vocabuli, literarumq; affectionibus; siue in sola pronunciatione. siue in verbis integris, siue in syntaxi & constructione. His enim quatuor partibus contineri videtur tota dialectorum varietas.

Quamuis autem apud Græcos vna & eadem omnium

nium esset lingua, suos tamen modos loquendi & pronunciandi certorum locorum incolæ habebant (quod ipsum hodie quoq; in quauis lingua videre licet) & quia ob multiplices colonias in varias mundi partes à Græcis missas, Græci longe lateq; fundebantur; multas quoq; mutationes illorum linguam subire, variasq; dialectos suscipere necesse fuit. Ex quibus tamen quatuor præ cęteris magis erant, & nunc quoq; sunt, insignes & notabiles Dialecti, Dorica, Æolica, Ionica, Attica.

Lingua communis non est numeranda in dialectis, cum dialecti linguæ communis sint accidentia; Dicebatur autem illa lingua communis, quæ certis dialectis nō astringebatur, vt qui ea vteretur, neq; ex Atticis, neque ex Doribus, neque ex Æolibus, neque ex Ionibus esse videretur, sed Græcus absolute; sicut nunc communis lingua Germanica, Italica, aut Gallica illa appellatur, qua qui vtitur, nullius certi loci indigena agnoscitur, sed simpliciter Germanus, aut Italus, aut Gallus. Neq; desinit propterea lingua aliqua esse communis, quod pauculas quasdam certorum locorum dialectos inspersas habeat: Vnde Attice, verbi gratia, non censebantur loqui, qui in nonnullis tantum cum Atticis conueniebant, in aliis dissidebant; sed illi, qui in Atticismis perfecte cum Atticis sese conformabant. Celebrauit porro scriptis suis, & ad posteros transmisit, Doricam quidem Dialectum Theocritus & Pindarus, & Pythagorei Philosophi, quorum fragmenta apud Laertium & Stobæum extant; Ionicam Hippocrates & Herodotus; Atticam, Aristophanes & Demosthenes. Æolicam hinc inde insperserunt suis monumentis Poetæ, maxime illi, qui nullam certam dialectum secuti, promiscue quasuis vsurparunt, prout occasio & Lex carminis exigebat.

Sed vt distinctius intelligatur, quidnam quæq; ex quatuor prædictis dialectis proprium sibi vendicet, singularum proprietates insigniores ordine sunt adferendæ, ducto initio à Dorica; quæ literæ A, amans, sæpe illam pro aliis supponit, vt in sequentibus exemplis vides.

η ἁμέρα, φάμα, πλαγὰ, μαχανὰ, ἁδονὰ, μᾶλον, μάτηρ pro ἡμέρα, dies, φήμη, fama, πληγὴ, plaga, μηχανὴ, machina, ἡδονὴ, voluptas, μῆλον, malum, μήτηρ, mater. Dores Latini imitati ſunt, fama, plaga, machina, malum, mater.

ε ἄρταμις pro ἄρτεμις, Diana, πιάζω, pro πιέζω, premo, crucio, τράχω pro τρέχω, curro, φρασὶ pro φρεσὶ, mentibus, à φρὴν, mens.

ε Item γα, κα, pro γε, κε, ἐγώγα pro ἔγωγε, αἴκα pro αἴκε vel εἴκε, ἅτερος pro ἕτερος, alter, & ſimilia multa.

ω Μουσᾶν pro μουσῶν. Fit hoc in genitiuo plurali primæ & ſecundæ declinationis ſimplicium; imo etiam in quinta, vt apud Theocritum Idyll. 8. ὦ τράγε τᾶν λευκᾶν αἰγᾶν ἄνερ. Αἲξ profecto non primæ, nõ ſecundæ, ſed quintæ declinationis eſt.

α ᾱ Legitur etiam apud Euripidem alicubi, γυναικᾶν.

Accidit hoc idem participiis circũflexorum in ων, γελᾶν pro γελῶν, ridens, teſte Corintho.

ω Πρᾶτος pro πρῶτος, primus, apud Theocritum Idyll. 8. 9. & alibi.

Interdũ ω genitiui retinetur quidẽ, ſed interiecto α μουσάων, πασάων, πολλάων, & hoc in prima & ſecunda declinatione ſimplicium, quamuis Callimachus etiam νησάων dixerit, à νῆσος, inſula, tertiæ declinationis.

Faciunt hoc Poetæ vel verſus explendi cauſa, vt Heſiodus.

Πληϊάδων ἀτλαγενέων ἐπιτελλομενάων
Ἄρχεσθ᾽ ἀμητοῦ, ἀρότοιο δὲ δυσομενάων.

Pleiadibus orientibus incipe metere,
Arare vero occumbentibus.

Vel maiestatis & grauitatis gratia, multo enim grandius & sonorius est μουσάων quam μουσῶν.

α pro ου: Αἰνεία pro Αἰνείου, fit hoc in genitiuis primæ simplicium.

α pro ει: κλαξῶ pro κλείσω, *claudam*, κλᾶδας, pro κλεῖδας, claues, apud Theocritum.

σδ pro ζ / ε pro ει: δωρίσδεν pro δωρίζειν, Dorem agere. τύπτες pro τύπτεις, *verberas*.

η pro α: ὄρη pro ὅρα, vide.

η pro ᾳ: ζῆν pro ζᾷν, γελῆς, γελᾷς, *rides*, πεινῆς, πεινᾷς, *esuris*, διψῆς, διψᾷς, *sitis*; Alii tamen ζῇν, πεινῇς, διψῇς, scribunt, & pro ᾳ substituunt ῃ.

η pro ει: κοσμῆν pro κοσμεῖν, *ornare*, καθεύδην pro καθεύδειν, *dormire*, apud Theocrit. Idyl. 15.

η pro ει: λαβῆν pro λαβεῖν, *accipere*.

ω pro ου: μῶσα pro μοῦσα βωκόλος, βουκόλος, *bubulcus*. τὼς λύκως pro τοὺς λύκους, *lupos*. λόγω pro λόγου, *sermonis*.

ω pro ο: ὤρεα, ὄρεα seu ὄρη, *montes*.

ω pro ε: ὤνεκα, ἕνεκα, *propterea*.

ο pro ου: τὸς λύκος pro λύκους, τὰς παρθένος pro τὰς παρθένους, *virgines*, apud Theocritum Idyll. 1. & 4.

αι pro ει: Vt αἰ pro εἰ, & αἴθε pro εἴθε, *vtinam*.

ευ pro ου: τείχευς pro τείχους, *muri*, ποθευῦνται pro ποθοῦνται, desiderant vel desiderantur, φιλεῦσι pro φιλοῦσι, amant.

Fit hoc cum ου ex εο vel εου contrahitur, vt in allatis exemplis, vel cum ου in verbis circumflectitur, quamuis non oriatur ex contractione, vt ἀλοῦμαι, salio, fut. med. ἀλοῦμαι, Dorice, ἀλεῦμαι. Quod Dores non tantum in futuro medio, sed etiam in primo faciunt, cum enim futurum actiuum primũ ipsi

cir-

circumflectant, vt à λανθάνω, *lateo*, λησῶ seu λασῶ, fit, vt secundum ipsos futurum primum medium non sit λήσομαι vel λάσομαι, sed λασεῦμαι pro λασοῦμαι, vt apud Theoc. Idyll. 4. Id tamen non est perpetuum. Nam apud Theoc. Idyll. 14. legitur πλευσοῦμαι, *nauigabo*, à πλέω, forte cacophoniæ vitandæ causa, quæ necessario erat incurrenda, si Poeta dixisset πλευσεῦμαι. Neq; etiam semper circumflectunt futurum; hinc ἀσεῦμαι, *canam*, apud Theoc.

οι pro ου: τύπτοισα pro τύπτουσα, verberans, fit hæc mutatio nō tantum in participiis fœmininis Barytonorum, sed etiam in nominibus & verbis, μοῖσα pro μοῦσα, ὑπακοίσω & ὑπάκοισον pro ὑπακούσω, *auscultabo*, apud Theocrit. Idyll. 7. & 11. Eodem modo Æoles, αι, ευ, οι, pro ου ponunt.

σδ pro ζ: κωμάσδω pro κωμάζω, *lasciuio*, συρίσδω pro συρίζω, *cano fistula*.

τ pro σ: τὺ pro σὺ, *tu*, sic ὑφίντι pro ὑφίνσι, *submittit*.

σ pro θ: σεὸς vel σιὸς pro θεὸς, *Deus*. Hinc Lacedæmonii per Dioscoros iurabant, νὴ τὼ σιὼ, vt refert Plutarchus in Apopht. Laconicis.

ν pro λ: ἦνθον pro ἦλθον, *veni*.

ς pro ν: τύπτομες pro τύπτομεν, fit hoc in primis personis pluralibus; & alibi, vt ἦμες pro ἦμεν, seu εἶναι, *esse*, & μὲς pro μὲν, teste Corintho.

ξ pro σ: κλείσω, κλαξῶ, *claudam*, ἐργαξῆ pro ἐργάσῃ, *laborabis*. Accidit hoc in futuris quæ sigma habent.

τ pro κ: τῆνος pro ἐκεῖνος vel κεῖνος, *ille*.

κ pro τ: πόκα, ὅκα seu ὅκκα pro ποτὲ seu πότε &

ὅτε

ὅκα seu ὁκὲ, ὅκκα seu ὅτε, *quando*, & *aliquando*, indefinitè & interrogatiuè. Cuius rei obuia sunt in Theocrito exempla.

Vtuntur etiam Dores literis geminatis, vbi alii simplicibus contenti sunt, ὅττι pro ὅτι, quod, ὅππη pro ὅπη, *vbi*.

Vsurpant quoq; casus plurales pro fœmininis singularibus, καλαὶ pro καλή, *pulchra*.

Dicuntur etiam Dores omittere iota subscriptũ in ᾳ, ῃ, ῳ, sed hoc non fit semper, vt apud Theocr. videre licet.

Quod ad vocabula attinet, dubiũ non est quin multa habuerint Dores in sua lingua: quorũ nullus apud alios fuerit vsus: quod ipsum hodie in quauis itidem cuiusuis linguæ dialecto accidat, vt ψὲ pro σφᾶς, vel αὐτοὺς, vel αὐτὰς, τὶν pro σοὶ, νὶν pro αὐτ, λῶ.δε pro ἰδὲ, *ecce*, ὅλπις pro ἁλιεὺς, *piscator*: κρῆς, *caro*; σᾶκος, *delubrum*: πρὼξ, *ros*, *seu gutta*. αἱμακουρία, *inferiæ*: & duabus vocibus in vnã coeuntibus, ὦξ pro ὁ ἐξ, ὥτερος pro ὁ ἕτερος. ὤπόλοι pro οἱ αἰπόλοι, & alia huius generis.

Cæterum vt Doribus sua quædam erant vocabula: ita quoq; illos suos quosdam loquendi modos habuisse certum est.

Pronunciatione Dores agnitos fuisse colligitur ex Theocr. Idyll. 15. vbi hospes quidam mulieres nonnullas Doricè nimis garrulas reprehendens simul & irridens ait:

> Παύσασθ' ὦ δύστανοι ἀνάνυτα κωτίλλοισαι.
> Τρυγόνες ἐκκναισεῦντι πλατυάσδοισαι ἅπαντα.

Vnde colligitur Dores πλατύαζειν, id est, lato & diducto ore loqui solitos, maximè cum suum illud α efferrent, cui rei fidem quoq; facit interpres Theocriti in illũ locum: οἱ δωριεῖς, inquit, πλατυστομοῦσι, *Dores os diducunt & explicant inter loquendum*. Et hæc de Dialecto Dorica.

DIALECTVS ÆOLICA.

In multis cum Doribus conueniunt Æoles. Imo credibile est multa Doribus adscribi, quæ fuerint Æolum: cuiusmodi sunt genitiui illi: μουσάων, ποιητάων. Itemque muta-

mutatio ου in ω, μῶσα pro μοῦσα, λείπωσα, pro λείπουσα, ἰδῶσα pro ἰδοῦσα.

Ω enim amasse videntur Æoles præ cæteris literis, sicut Dores α & Iones η; Hinc etiam ὤμοιος pro ὅμοιος, & quæ apud Theocritum occurrunt, ὤρεα pro ὄρεα, *mõtes*, κώρη pro κόρη, *puella*, κῶρος pro κόρος *puellus*.

Interdum vsurpant ο pro ω: vt ἔρος, γέλος, ὀτειλὴ, ὄρα, pro ἔρως, *amor*, γέλως, *risus*, ὠτειλὴ, *uulnus*, ὥρα, *hora*.

ππ pro μμ vt ὄππατα pro ὄμματα, *oculi*.

η pro ει ἔλθην pro ἐλθεῖν, retracto accentu, ipsorum enim est accentum in priores syllabas retrahere, vt κάλος pro καλὸς, *pulcher*, πόταμος pro ποταμὸς, *fluuius*.

Aspiratas dictiones efferunt spiritu tenui: ἤλιος, *sol*: pro ἥλιος, ἀμμᾶς, *nos*, pro ἡμᾶς. quod etiam in compositis obseruant, vt ἀπῆκε pro ἀφῆκε, *dimisit*.

β ponunt ante ρ. βρόδον pro ῥόδον, *rosa*, βράκη, pro ῥάκη à ῥάκος, *cento*, βρίζα pro ῥίζα, *radix*.

Dictionibus in ας adiiciunt ι, καλαὶς pro καλὰς, μέλαις pro μέλας, *niger*, τάλαις pro τάλας, *miser*.

Ε pro α: θέρσος pro θάρσος, *audacia*, κρέτος pro κράτος, *vis*.

Θεν pro θα τυπτόμεθεν, λεγόμεθεν pro τυπτόμεθα & λεγόμεθα, & similia apud Corinthum, & alios.

Aoristus optatiuus Æolicus omnibus scriptoribus valde frequens est, de quo suo loco.

Voces Æolum propriæ istæ adferuntur, ἴα pro μία, *vna*, ψάφαξ pro ψῆφος, *calculus seu suffragium*, δρέκων, *vir*, ἀκιρὰ, *debilis*, πέζα, *pes*, & aliæ nonnullæ. De pronũciatione nihil certi liquet, nisi quod à Dorica non multum discrepasse videtur.

DIALECTVS IONICA.

IOnica Dialectus η fere ponit, vbi Dorica α, μούση, θεὴ, φιλίη, ἱστορίη, *musa*, *dea*, *amicitia*, *historia*.

Amant præterea, ε, hinc ἀδελφεὸς, ἐὼν, παρεὼν pro ἀδελφὸς, *frater*, ὢν, *qui est*, παρὼν, *præsens*. Item μνέα pro μνᾶ, *mina*, ὁρέω pro ὁράω, *video*, & γελέω pro γελάω, *rideo*. Hinc apud Theocritum γελεῦσα, contractum quasi

à γελέουσι, ἀληθέως, vere, εὐσεβέως, *pie* Et genitiui plurales primæ & secundæ declinationis. δεσποτέων, μουσέων, & γέμμα pro γάμμα. τέσσερα pro τέσσαρα, *quatuor*, ἔρσην pro ἄρσην, *vir*.

A pro ε, μέγαθος pro μέγεθος, *magnitudo*. τάμνω pro τέμνω, *ſeco*, τράπομαι pro τρέπομαι, *vertor*.

K π, κῶς pro πῶς, *quomodo*.

Π φ, ἀπαιρεῦμαι pro ἀφαιρεῦμαι, *auferor*. Fit hoc in cõpoſitione, in qua retinent Iones π, κ, τ, vbi mutatio in aſpiratas φ, χ, θ, facienda eſſet. Quod etiam accidit in nõnullis ſimplicibus, vt δέκομαι pro δέχομαι, *capio, ſuſcipio*, δεκόμεθα pro δεχόμεθα.

Abſtinet Dialectus Ionica à contractibus, ποιέω, βοάω, ſicut è contrario, iis maxime gaudet Dialectus Attica.

Voces quoq; & modos loquendi proprios habuerũt, vt aliæ Dialecti; de quibus videri poterit Corinthus & Vergera lib. 5. c. 4. Et paſſim occurrunt in Herodoto. Pronunciationem Ionum iucundam & mollem fuiſſe, communis eſt omnium perſuaſio.

ATTICA DIALECTVS.

Σ Vertunt in ξ in præpoſitione σύν. Hinc ξυμφέρον pro συμφέρον, *vtile*. ξύμβολον pro σύμβολον, *ſymbolum*.

Duplex ττ pro duplici σσ, θάλαττα pro θάλασσα, *mare*. γλῶττα pro γλῶσσα, *lingua*. ſic τήμερον pro σήμερον, *hodie*. Hinc iudicium Vocalium, elegans apud Lucianum Dialogus, vbi ſigna conſonanti tau, diem dicit, & litem intendit, ob multas dictiones iniuſte occupatas.

P pro σ, θαῤῥεῖν pro θαρσεῖν, *confidere*. ſic ἄῤῥην, πόῤῥω pro ἄρσην, *vir* πόρσω *procul*.

Voces Atticorum proprias inuenies apud auctores ſupra citatos; modos proprios loquendi habebis in ſyntaxi.

Pronunciationem Atticam fuiſſe elegantiſſimam & pulcherrimã nemo eſt qui dubitet; imo potior pars huius dialecti in pronũciatione videtur fuiſſe ſita, vt apparet etiã ex eo quod Theophraſtus ipſe ab anu quadam pere-

peregrinus iudicatus fuerit, cum verba nonnulla minus Attice pronunciasset. Et hæc de dialectis in genere sufficiant. Nam quæ dialecti cuiuis declinationi vel coniugationi accidant, suis semper locis notabitur.

CAPVT IV.

DE NOMINE ET DECLINATIONIBVS SIMPLICIBVS.

DEclinationes diuiduntur in simplices & contractas.

Simplicium quinq; sunt, quarum quatuor priores appellantur parisyllabę, quod obliqui syllabis Rectum æquent, si vocabula declinētur sine dialectis & licentiis Poeticis; vt Αἰνείας, Αἰνείου. τιμὴ, τιμῆς. λόγος, λόγου. aliàs istæ declinationes imparisyllabæ erunt, cum æque ac in quinta, obliqui nonnulli nominatiuum numero syllabarum superent, Αἰνείας, Αἰνείαο. λόγος, λόγοιο. sed dialectorum hic nulla est habenda ratio.

PRIMA DECLINATIO SIMPLICIUM.

COntinet hæc declinatio masculina tantum in ας & ης, ὁ Αἰνείας, *AEneas*, ὁ λῃστὴς, *latro*, ὁ χρύσης, *Chryses*.

ANNOTATIO.

Audiendi non sunt, qui huic declinationi communia tribuunt. λῃστὴς enim (quod isti exemplum adferunt) ge-

neris masculini duntaxat censeri debet; vt apud Latinos, *latro*. Nam nemo λῃστὴς κακὴ, vt nec Latine, *mala latro*, dixerit; quia illa nomina communis generis habenda tantum sunt, quæ adiunctum seu adiectiuum virile & muliebre admittũt: Quod si cum solo apposito masculino iunguntur, generis masculini erunt, quicquid tandem significent. Qua de re lege, si placet, Emmanuelem in Grammatica. Neq; refert, quod Hesiodus ἀήτας fœminino genere vsurparit, non enim respexit ad masculinum, ἀήτης, sed ad fœmininum, ἀήτη, quod itidem ventum significat.

PARADIGMA DECLINATIONIS primæ.

Sing. Nom. ὁ αἰνείας, τοῦ αἰνείου, τῷ αἰνείᾳ, τὸν αἰνείαν, ὦ αἰνεία.

Dual. Nom. Accus. τὼ αἰνεία, τοῖν αἰνείαιν, ὦ αἰνεία.

Plur. οἱ αἰνεῖαι, τῶν αἰνειῶν, τοῖς αἰνείαις, τοὺς αἰνείας, ὦ αἰνεῖαι.

Sing. ὁ χρύσης, τοῦ χρύσου, τῷ χρύσῃ, τὸν χρύσην, ὦ χρύση.

In duali & plurali, sicut αἰνείας.

Genitiuus singularis desinit in ου.

Multa nihilominus nomina in ας, recepto iam more genitiuum formant in α, Θωμᾶς, Λουκᾶς, Μηνᾶς, Κηφᾶς, Φωκᾶς, Κοσμᾶς, *Thomas, Lucas, Menas, Cephas, Phocas, Cosmas*, & πᾶς, πᾶ, πάππας, πάππα, *pater*, πάπας, πάπα, *papa*.

Item appellatiua quædam, πατραλοίας, *parricida*, μητραλοίας, *matricida*, ὀρνιθοθήρας, *auceps*, θυννοθήρας, *thynnorum venator*, δευτερίας, *secundus*; quamuis nonnulla horum in ου & α exeant

eant, πυθαγόρα, & πυθαγόρου: ἀρχύτου & ἀρχύτα: πατρολοίου & πατρολοία.

ANNOTATIO.

Cum Doricus hic genitiuus in linguam communem transierit in prædictis aliisq; huiusmodi vocabulis; fit vt quidam genitiuo primæ declinationis duplicem positionem, nempe ου & α, tribuendam putent, sed parum refert, siue vnicam duntaxat admittamus tanquam legitimam & ordinariam; alteram autem pro aduentitia habeamus, siue vtramq; ordinariam esse arbitremur.

Attice vocatiuus similis est nominatiuo in omni declinatione.

Vocatiuus huius declinationis communi lingua exit in α & η iuxta terminationem recti, à quo etiam fit, ablato σ.

EXCEPTIONES.

Excipiuntur primo nomina in της, horum enim vocatiuus desinit in τα, siue sint propria, siue appellatiua, ὁ ἱππότης, ἱππότα, *eques*. ὁ τοξότης, τοξότα, *iaculator*, ὁ προφήτης, προφῆτα, *Propheta.*

ANNOTATIO.

H retinent hæc tria, αἰήτης, *AEeta*, αἰναρέτης, *AEnareta*, καλλιπέτης. *Callipeta*, quibus Antesignanus addit, φιλοθερσίτης, *Philothersites*, cum tamen vocatiuus huius vocis θερσίτης desinat in τα· Iliad. 2.

Excipiuntur secundo gentilia, vt ὁ σκύθης, *Scytha*, ὦ σκύθα. ὁ πέρσης, ὦ πέρσα, *Persa.*

Et Poetica in πης, ὁ κυνώπης, ὦ κυνῶπα, *impudens*, & quæ similis sunt compositionis.

Et nomina in στης, ὀρέστης, ὀρέστα. *Orestes*: θυέ-

στης, θυέστα, *Thyestes*. πελταστὴς, πελταστὰ, *peltatus, seu cetratus*. ἀκοντιστὴς, ἀκοντιστὰ, *iaculator*. λῃστὴς, ὦ λῃστὰ, *latro*. licet hæc alterum quoq; vocatiuum in η admittant.

Prędictis adde, ὁ λάχνης, *lasciuus*, ὁ πυραίχμης, *Pyræchmes*, ὁ μηναίχμης, *Manechmes*, ὦ λάχνα, ὦ πυραῖχμα, ὦ μηναῖχμα.

Excipiuntur tertio nomina composita à verbis μετρῶ, τρίβω, πωλῶ, *metior, tero, vendo*. ὁ γεωμέτρης, γεωμέτρα, ὁ βιβλιοπώλης, ὦ βιβλιοπῶλα, παιδοτρίβης, ὦ παιδοτρίβα.

ANNOTATIO.

Hos vocatiuos in α, vsurpant Attici & Poetæ pro nominatiuis, Hom. Iliad. 2.

Αὐτὰρ ὁ αὖτε θυέστ᾽ ἀγαμέμνονι λεῖπε φορῆναι.

Et Iliad 1.

Τὸν δ᾽ ἀπαμειβόμενος προσέφη νεφεληγερέτα ζεύς

Vbi θυέστα & νεφεληγερέτα ponuntur pro nominatiuis θυέστης καὶ νεφεληγερέτης, quorum imitatione dicunt Latini; *Propheta, Poeta, Geta, Scytha, Bibliopola*, licet etiam *Prophetes, Scythes*, dici possit, sed minus vsitate.

Neq; hoc Latini olim in his tantum vocatiuis, sed in aliis quoque sibi permittebant. Hinc *Sosia, Pelia, AEnea, Anchisa*, & similes nominatiui à vocatiuo Græco, pro *Sosias, Pelias, AEneas, Anchises*. Vide Emmanuelem in prima nominum declinatione.

Multa nomina huius primæ declinationis Græcorũ, sequuntur apud Latinos primam & tertiam declinationem, vt *Orestes, Pylades, Pelides*, & similia.

DE DIALECTIS PRIMÆ declinationis.

Dorice declinatur χρύσης, vt Αἰνείας, Ionice vero Αἰνείας, vt χρύσης.

Genitiuus singularis exit in ε communiter, Dorice in α, Æolice in αο, Ionice in εω, accentu in antepenultima, si no-

si nominatiuus sit paroxytonus πηλείδης, πηλείδεω; si vero sit oxytonus, tunc genitiuus Ionicus erit paroxytonus: ποιητὴς, ποιητοῦ, ποιητέω, Poetice in ω, per crasin Ionici genitiui πηλήδω, βοῤῥέω, apud Hesiodum in Theogonia ponitur per syncopen pro βορέεω, à Ionico nominatiuo βορέης pro βορέας, Boreas.

Genitiuus pluralis Dorice exit in αῦ πηλειδᾶν, Æolice in αων, Ionice in εων.

Datiuus Ionice in ῃς πηλείδῃς, quia αι communis mutatur in ῃ, Attice & Ionice πηλείδαισι vel πηλείδῃσι. Nam datiuis pluralibus in σ additur iota.

Accusatiuus Ionice nonnunquã habet εας, δεσπόντεας, à Ionico singulari δεσπότεα. vertunt enim Iones η accusatiui in α abiecto ν; hinc apud Herodotum legimus ξέρξεα pro ξέρξην.

Est autem eadem Dialectorum ratio in duali & plurali secundæ declinationis; quæ dialectorum varietas & pro Poetis intelligendis, & pro carminibus pangendis diligenter est notanda, simulq; (vt hoc obiter addamus) pro carminum dimensione aduertendum, illud ε Ionicũ in singulari & plurali fere semper συνίζησιν pati, vt in primo statim Homeri versu.

Μῆνιν ἄειδε θεὰ πηληϊάδεω ἀχιλῆος. Et Iliad. 2.

Πολλέων ἐκ πολίων ἐγχεσπάλοι ἄνδρες ἔασιν.

Id tamen non est perpetuum; sæpe enim constituit illud ε per se syllabam.

PARADIGMA SECVNDÆ DEclinationis Simplicium.

Tantum fœminina habet in α & η, ἡ μοῦσα, *Musa.* ἡ ἁγία, *sancta.* ἡ καθαρὰ *pura.* ἡ τιμὴ, *honor.* ἡ νίκη, *victoria.*

Nom. Sing. ἡ μοῦσα, τῆς μούσης, τῇ μούσῃ, τὴν μοῦσαν, ὦ μοῦσα.

Dual. τὰ μούσα, ταῖν μούσαιν, ὦ μούσα.

Plur. αἱ μοῦσαι, τῶν μουσῶν, ταῖς μούσαις, τὰς μούσας, ὦ μοῦσαι.

Sic ἡ τιμὴ, τῆς τιμῆς, τῇ τιμῇ, τὴν τιμήν, ὦ τιμή.

Finita in δα, θα, ρα, & α purum, hoc est, quæ ante α habent vocalem aut diphthongum, retinent α in toto singulari. Vt λήδα, λήδας, λήδᾳ, λήδαν, *Leda*, μάρθα, μάρθας, μάρθᾳ, *Martha*, ἡμέρα, ἡμέρας, ἡμέρᾳ, *dies*, φιλία, *amicitia*, φιλίας, φιλίᾳ, φιλίαν. His adde ἀθηνᾶ, ναυσικᾶ, μνᾶ, cōtracta ex ἀθηνάα, ναυσικάα, μνάα, *Minerua*, *Nausica*, *Mina*.

DE DIALECTIS SECVNDÆ DECLINATIONIS.

GEnitiuus & datiuus pluralis easdem dialectos recipiunt, quas genitiuus, & datiuus primæ. Cætera nota sunt ex supra dictis.

Poetæ multa huius declinationis nomina augent adiectione syllabæ φι vel φιν, idq; non modo in recto, sed etiam in obliquis: Neq; in singulari tantum, sed in plurali quoque, abiecta consonante, si qua in obliquis occurrat.

Sunt autem huiusmodi nomina indeclinabilia, eorūque casus & numeri fere sola orationis sententia discerni possunt. Et nonnulla quidem in α vertunt suum α in η, more Ionico, alia ipsum retinent, vt vides in subiectis exemplis.

ἑτέρα,	altera,	ἑτέρηφι.
νευρὰ,	neruus,	νευρῆφι.
θύρα,	ianua,	θύρηφι.
βία,	vis,	βίηφι.
οὐρανία,	Vrania,	οὐρανίαφι.
ἐσχάρα,	focus,	ἐσχάραφι.
ἀγέλη,	grex,	ἀγέληφι.
ἔννη,	prima mensis,	ἔννηφι.
εὐνὴ,	cubile.	εὐνῆφι.

Nam oxytona mutant acutum in circumflexum. Dixi au-

xi autem in obliquis abiici consonantem, vt hic in quibusdam cernere licet: ἀπὸ νευρῆφι pro ἀπὸ νευρᾶς. Iliad. θ. è neruo. ἐξ εὐνῆφι, pro ἐξ εὐνῆς. è cubili, Odyss. β. ἅμ' ἠοῖ φαινομένηφι pro φαινομένη. Odyss. ζ. *cum aurora*, ἐν χειρὶ δεξιτερῆφι. Odyss. ο. pro δεξιτερῆ vel δεξιτερᾷ, in *manu dextra*. αὔριον ἐς ἔννηφι pro ἐς ἔννην, Hesiod. in *perendinum*.

Videtur interdum α mutari in ο, ἐπ' ἐσχαρόφι, pro ἐπ' ἐσχάρᾳ. Odyss. ε *super foco*. & Iliad. ν. παρ' αὐτόφι pro παρ' αὐταῖς, *apud ipsas*.

Quædam vocabula huius declinationis apocopen patiuntur. γλαὺ pro γλαύκη, *pupilla*, κρῖ pro κριθὴ, *hordeum*.

TERTIA DECLINATIO SIMPLICIVM.

Continet masculina, fœminina, & communia in ος, ὁ ἄνθρωπος, *homo*, ἡ ὁδὸς, *via*. ὁ καὶ ἡ ὄνος, *asinus*, ἵππος, *equus*. Et ex adiectiuis ὁ & ἡ χρήσιμος, *vtilis*. φρόνιμος, *prudens*, & similia.

Neutra habet in ον, τὸ ξύλον, *lignum*, τὸ ζῶον, *animal*.

Excipe ἄλλο, *aliud*, τηλικοῦτο, *tantum*, τοιοῦτο, *tale*, τοσοῦτο, *tantum*. Et ex pronominibus, τοῦτο, ἐκεῖνο, αὐτὸ, quę neutra cum sint, non desinunt in ν, sicut ex articulis, τὸ καὶ ὅ.

ANNOTATIO.

Legimus non raro apud Isocratem, & alios τοιοῦτον, *tale*, & τοσοῦτον, *tantum*, potissimum sequente vocali. Reperitur etiam sæpe apud Aristotelem, & alios ταυτὸν, *idem*, pro τὸ αὐτὸ, & apud Aristophanem, τουτονὶ pro τουτί.

PARADIGMA TERTIÆ declinationis.

Sing. ὁ λόγος, τοῦ λόγου. τῷ λόγῳ, τὸν λόγον, ὦ λόγε.

Dual. τὼ λόγω. τοῖν λόγοιν. ὦ λόγω.

Plur. οἱ λόγοι. τῶν λόγων. τοῖς λόγοις. τοὺς λόγους. ὦ λόγοι.

Sic ἡ ὁδὸς, *via*. ὁ καὶ ἡ ἔνδοξος, *gloriosus*.

Neutrum τὸ ξύλον. τοῦ ξύλου, τῷ ξύλῳ. τὸ ξύλον. ὦ ξύλον.

Dual. vt in Masculino.

Plur. τὰ ξύλα. τῶν ξύλων. τοῖς ξύλοις. τὰ ξύλα. ὦ ξύλα.

Neutrorum tres casus semper sunt similes. Nominatiuus, Accusatiuus & Vocatiuus, qui in plurali in α exeunt.

DIALECTI HVIVS DECLINAtionis.

GEnitiuus singularis Ionice οιο, λόγοιο, Dorice ω, τοῦ λόγω. Genitiuus Dualis, οιϊν, λόγοιϊν. Datiuus pluralis, οισι, λόγοισι Accusatiuus Dorice, ως & ος, τοὺς λόγως, καὶ λόγος.

Additur quoq; nonnullis huius declinationis vocabulis in ος & ον, φι seu φιν, abiectis prius literis σ & ν, sūtque indeclinabilia in omnibus casibus & numeris, & paroxytona, quorum exempla quædam hic subiecimus.

στρατὸς	exercitus.	στρατόφι.
δεξιὸς,	dexter,	δεξιόφι.
χαλκὸς,	æs,	χαλκόφι.
πόντος,	mare,	ποντόφι.
ὀστέον,	os, ossis.	ὀστεόφι.
δάκρυον,	lachryma,	δακρυόφι.
ἴκριον,	tabulatum,	ἰκριόφι

EXEMPLA OBLIQVORVM.

ἐκ ποντόφι	pro	ἐκ πόντου, *ex mari.* Odyss. ω.
ἀπὸ στρατόφι		ἀπὸ στρατοῦ, ab *exercitu.* Iliad. κ.
ἐπ᾽ ἰκριόφι		ἐπὶ ἰκρίῳ, in *tabulato.* Odyss. γ.
ἀπ᾽ ὀστεόφιν		ἀπὸ τῶν ὀστῶν, ab *ossibus.* Odyss. ξ.
τοῖς δακρυόφι		δακρύοις, *lachrymis.* Odyss. ε.
ἀμφ᾽ ὀστεόφιν		ἀμφὶ τὰ ὀστᾶ, *circa ossa.* Odyss. ω.

Quædam nomina huius declinationis patiuntur quoq; apocopen, ἄλφι pro ἄλφιτον, *farina*, κάρα pro κάρηνον, *caput.* ἔρι pro ἔριον, *lana.* γλάφυ pro γλάφυρον, *antrum.*

QVARTA DECLINATIO simplicium.

HÆc declinatio Atticorum propria est. Eadem continet genera, quæ tertia.

Terminationes ως & ων, quarum hæc neutrorum est, ὁ μενέλεως, *Menelaus*, ἡ ἅλως, *area*, ὁ καὶ ἡ εὔγεως, *fertilis*, τὸ εὔγεων, in plurali, τὰ εὔγεω.

Vocatiuus vbiq; similis est nominatiuo.

PARADIGMA QVARTAE.

Sing. ὁ μενέλεως, τοῦ μενέλεω. τῷ μενέλεῳ, τὸν μενέλεων. ὦ μενέλεως.

Dual. τὼ μενέλεω, τοῖν μενέλεῳν.

Plur. οἱ μενέλεῳ, τῶν μενέλεων, τοῖς μενέλεῳς, τοὺς μενέλεως, ὦ μενέλεῳ.

Sic ἡ ἅλως, τῆς ἅλω, τῇ ἅλῳ.

ὁ καὶ ἡ εὔγεως, *fertilis.* τοῦ καὶ τῆς εὔγεω.

τὸ εὔγεων, *fertile.* Plur. τὰ εὔγεω.

Vnum est neutrum in ως, τὸ χρέως, τοῦ χρέω,

debi-

debitum, pro quo dicimus etiam τὸ χρεὼν, accē-
tu in vltima; & duo in ω, ἀγήρω, *ſenii expers*, &
ἐπίπλεω *plenum*, illud apud Philonem, hoc a-
pud Plutarchum.

Quinque formant Accuſatiuum ſine ν, ὁ ἄ-
θως, τὸν ἄθω, *Atho mons.* ἡ ἕως, τὴν ἕω, *aurora*, ἡ κέως,
τὴν κέω, *Ceos inſula*, ἡ κῶς τὴν κῶ, *Cos inſula*, ὁ λα-
γὼς τὸν λαγὼ, *lepus.* Quædam tamen ex his, imo
pleraq; admittũt ν in accuſatiuo: τὸν ἄθων, apud
Herodotum, & τὸν λαγὼν, apud Plutarchum, &
alia apud alios.

ANNOTATIO.

Prædictis addunt nonnulli ὁ καὶ ἡ ἵλεως τὸ καὶ τὴν ἵλεω,
propitius. ὁ καὶ ἡ ἀγήρως τὸ καὶ τὴν ἀγήρω, *ſenij expers*, ὁ πλέως,
τὸν πλέω, *plenus*, cum compoſitis. ἔκπλεως, ἀνάπλεως, ἐπί-
πλεως. Item τὸν μεμέλεω, τὸν τυνδάρεω. Et in ſacris literis
Ruth. c. 3. τὸν ἅλω, ponitur enim eo loci ἅλως & ἅλων, ma-
ſculine. His annumerant aliqui τὸν γέλω pro γέλων à γέ-
λως, *riſus.* quamuis quæ per quintam declinationem et-
iam inflectuntur, videantur potius ex apocope nata;
vt τὴν vel τὸν ἅλω pro ἅλωνα, τὸν γέλω pro γέλωτα, & ſic de
reliquis.

Genitiuus ſingularis deſinit Poetice in ῶο, ὁ μίνως, μι-
νῶο, *Minos.* ὁ ἀνδρόγεως, ἀνδρογεῶο, *Androgeos*, quidam ſub-
ſcribunt iota; μινῷο, ἀνδρογεῷο. Pertinent autem ad hanc
declinationem præcipue compoſita à κέρας, *cornu.* γέα
ſeu γαῖα, *terra.* & χρέως, *debitum.* & κρέας, *caro.* ὁ καὶ ἡ δίκε-
ρως *bicornis*, ὁ καὶ ἡ πολύκερως, *multicornis.* ὁ καὶ ἡ μονόκερως,
unicornis ὁ ῥινόκερως, Rhinoceros. ὁ καὶ ἡ βαθύγεως, *profun-
dam terram habens.* ὁ καὶ ἡ εὔγεως, *fertilis.* τὸ ἀνώγεων, *cæ-
naculum, quaſi* ἄνω τῆς γῆς, *ſupra terram.* ὁ καὶ ἡ ἀξιόχρεως, *fi-
de dignus.* ὁ ὑπόχρεως, *debitor.* ὁ καὶ ἡ ἡδύκρεως, *ſuauem car-
nem habens.*

ANNOTATIO.

Ναὸς, *templum*, & λαὸς, *populus*, cum ſuis compoſitis
ter-

tertiæ declinationis, mutant hic α longum in ε, λεὼς νεὼς. μθμέλεως, νικόλεως.

Seruant porro Latini interdum casus huius declinationis Attice. Æneid. 6. *In foribus letum Androgeo.* & 1. Geor.

Aut Atho aut Rhodopen aut alta Ceraunia telo
Deiicit.

Et 1. Cor. 1. Ego quidem sum Pauli; ego vero Apollo. vbi Apollo genitiuus Atticus est, à Recto ἀπολλὼς, de quo Act. 18. vsurpauit Mela. lib. 2. datiuum Atho, Et Plinius Accusatiuum, Athon.

Aliquando tamen declinantur hæc nomina apud Latinos per tertiam declinationem, Atho, Athonis. Cic. 2. de finibus, Hellesponto iuncto, Athone perfosso, maria ambulasset. Vide Emmanuelem Annot. ad secundam declinationem.

QVINTA DECLINATIO SIMplicium imparisyllaba.

COmplectitur hæc declinatio omnia genera & terminationes plurimas, cuius hoc est commune paradigma.

Nom. Sing. ὁ τιτὰν, τοῦ τιτᾶνος, τῷ τιτᾶνι, τὸν τιτᾶνα, ὦ τιτάν.

Dual. τὼ τιτᾶνε, τοῖν τιτάνοιν, ὦ τιτᾶνε.

Plur. οἱ τιτᾶνες, τῶν τιτάνων, τοῖς τιτᾶσι, τοὺς τιτᾶνας, ὦ τιτᾶνες.

Neutra exeunt in α in plurali, τὰ καὶ ὦ ἄστεα, *vrbes.*

ANNOTATIO.

Vt terminationes huius declinationis & formationes genitiui facile percipiantur, & memoria retineantur, diligenter initio proponendæ & cognoscendæ sunt literæ, quas vocant terminales, quarum numerantur nouem; quatuor vocales: α, ι, υ, ω, & quinq; consonantes, ν, ξ, ρ, σ, ψ.

Omne

Omne ergo nomen Græcum quintæ declinationis, in aliquam ex istis exit. Nam barbara & peregrina hic non moramur, Γαβριὴλ, Μιχαὴλ, Αδάμ.

Consuletur vero non parum memoriæ, si ordinem alphabeti sequamur, non tantum in literis vltimis, sed etiam in illis vocalibus & diphthongis, quæ proxime terminalem consonantem antecedunt.

A.

Α, ατος: τὸ βῆμα, βήματος, *gradus, tribunal*: ἄλφα, βῆτα, γάμμα & similia literarum nomina indeclinabilia sunt.

ANNOTATIO.

Non raro tamen audias viros doctos duo gammata, vel sigmata dicere.

ε, υ, ο, ω, declinantur ratione adiectiui adiuncti, quod est ψιλὸν, μικρὸν, μέγα.

Indeclinabilia quoq; sunt nomina in α ex apocope nata, τὸ ἄλειφα pro ἄλειφαρ *pinguedo*. ὕφα pro τὸ ὕφασμα *textura*, σκέπα pro τὸ σκέπασμα, *tegmen*.

I.

I { ιτος: τὸ μέλι, μέλιτος. *mel*, cum compositis, οἰνόμελι, *vinum mulsum*. ὑδρόμελι, *aqua mulsa*.
Adiectiua neutra in ι, sequuntur leges masculinorum ἄχαρι, ἀχάριτος, φιλόπατρι, *amans patriæ*, φιλοπάτριδος; sic τὶ, τινὸς, aliquod vel aliquid.
ιος, τὸ σίνηπι, σινήπιος, *sinapi*. Hoc tamen aiunt esse non Græcum, sed barbarum, sicut etiam κόμμι, κιννάβαρι & πέπερι. }

ANNOTATIO.

Alia in ι, ex apocope, indeclinabilia sunt, ἄλφι pro ἄλφιτον *farina, puls*. τρόφι pro τρόφιμον, *alimentum præbens*, ἔρι pro ἔριον, *lana*. Neq; spectant ad quintã, sed ad tertiã.

Sunt

Sunt autem omnia nomina quinta in α & ι, generis neutri.

Υ { υ۞: τὸ γόνυ, γόνυ۞, *genu*: δόρυ, δόρυ۞, *hasta*. ε۞: τὸ ἄςυ, ἄςε۞, *vrbs*: ἡδὺ, ἡδέ۞, *suaue*. τὸ πῶϋ, πώε۞, *grex ouium*.

ANNOTATIO.

Quæ in υ۞, quæ vero in ε۞, genitiuũ forment, vsu discendum est. Nam quod aiunt substãtiua in υ penultimam corripientia, habere υος, penultimam vero producentia ε۞, verum quidem est; sed quid facies, si vox vocali ancipiti ante mutam & liquidam occurrat, vt δάκρυ, *lachryma*? Certe ad vsum hic confugiendum erit, qui te docebit, vocem hanc formare genitiuum in υ۞, τὸ δάκρυ, δάκρυ۞.

Hinc quoq; reiicienda sunt ex apocope facta, vt γλάφυ pro γλάφυρον, *rotundum*. Non enim huc pertinent.

Ω, ό۞: ἡ λητὼ, λητό۞, λητȣ̃ς, *Latona*.

ANNOTATIO.

Pertinent hæc ad quartam contractorum, & fere sunt nomina propria mulierum, ἡ μαντὼ, μαντό۞. Reiice hinc illud δῶ, *domus*, pro δῶμα.

Αν { αν۞: ὁ παιὰν, παιᾶν۞, *Paean*, ὁ τιτὰν, τιτᾶν۞, *Titan*. ὁ πὰν, πᾶν۞, *Pan*, *Deus Pastorum*, & neutra, μέλαν, *nigrum*, τάλαν, *miserum*. αντ۞: τὸ τύψαν, τύψαντ۞, *quod verberauit*, & similia participia Aoristi primi, vel præsentis temporis, & Aoristorum secundæ coniugationis verborum in μι, ςὰν, ςάντος, *quod stetit*, cum nomine, πᾶν, παντὸς, *omne*.

Εν { ενΘ. τέρεν, τέρενΘ, *tenerum.* εντο: χαρίεν, χαρίεντΘ, *gratiosum.* sic participia in εν: τυφθὲν, τυπὲν, *verberatum.* τιθὲν, θὲν, *ponens, quod posuit.* Omnia in εν sunt generis Neutri.

Ην { ηνΘ: ὁ ἕλλην, ἕλληνΘ, *Græcus.* ἡ σειρὴν, σειρῆνΘ, *Siren.* ενΘ: ὁ ποιμὴν, *pastor,* ποιμένΘ, ἡ φρὴν, *mens,* φρενὸς. ὁ τέρην, τέρενΘ, *tener.*

Ιν ινΘ: ὁ δελφὶν, δελφῖνΘ. ἡ ἀκτὶν, ἀκτῖνΘ, *delphinus, radius.*

Ον { ονΘ: τὸ μεῖζον, *maius,* μείζονΘ. Neutra hæc sunt à masculinis comparatiuis in ων. οντο: τὸ τύπτον, τύπτοντΘ, *verberans,* præsentis temporis, vel Aoristi secundi, vel futuri primi barytonorum vocis actiuæ, vel præsentis temporis, & Aoristi secundi verborum in μι tertiæ coniugationis.

ȣν { οδΘ: τὸ δίπουν, δίποδΘ, *bipes.* ȣντος: τὸ τυποῦν, τυποῦντΘ, *verberaturum.* Neutra hæc sunt omnia.

ῦν { υνΘ: ὁ μόσυν, μόσυνΘ, *turris vel domus lignea.* υντο: τὸ ζευγνὺν, ζευγνύντΘ, *iungens,* præsentis temporis, quartæ coniugationis verborum in μι.

ὼν { ωνΘ: ὁ κλὼν, κλωνὸς, *ramus,* ὁ αἰὼν, αἰῶνΘ, *æuum,* ὁ πλάτων, πλάτωνΘ, *Plato.* ονΘ: ὁ πρίων, πρίονΘ, *serra.* ἡ χελιδὼν, χελιδόνΘ, *hirundo,* & cõmunia, ὁ καὶ ἡ εὐδαίμων, καὶ τὸ εὔδαιμον, *felix.* sic comparatiua, ὁ καὶ ἡ κρείσ-

ἡ κρείσσων, κρείσσονος, *melior.*
ῶντος: ὁ ξενοφῶν, ξενοφῶντος, *Xenophon.* ὁ βοῶν, βοῶντος, *clamans.*
ων { οῦντος: ὁ τυπῶν, τοῦ τυποῦντος, & alia participia futuri ſecundi barytonorum, & circumflexa præſentis primæ & tertiæ circumflexorum, ὁ ποιῶν, *faciens*, τοῦ ποιοῦντος, ὁ δηλῶν, τοῦ δηλοῦντος, *manifeſtans.*
οντος: ὁ δράκων, δράκοντος, *draco.* & participia Barytonorum præſentis temporis: ὁ τύπτων, τύπτοντος, *verberans*, & circumflexorũ non contracta. ὁ φιλέων, τοῦ φιλέοντος, *amans.*

κος: ὁ θώραξ θώρακος, *thorax.* ἡ κύλιξ, κύλικος, *calix.* ἡ ἀλώπηξ, ἀλώπεκος, *vulpes*, mutato η in ε.
γος: ὁ ἅρπαξ, ἅρπαγος, *rapax.* ὁ τέττιξ, *cicada*, τέττιγος.
ξ { χος: ὁ θρὶξ, τριχὸς, *capillus*, ſubſtituto τ pro θ, quod fit propter ſequentem aſpiratam χ. In datiuo plurali rurſus aſſumit θ, θριξὶ, non enim ſequitur aſpirata, ſed ξ.
κτος: ὁ ἄναξ, ἄνακτος, *Rex.* ἡ νὺξ, νυκτὸς, *nox.*

αρος: ὁ μάκαρ, μάκαρος, *beatus.* ἡ δάμαρ, *vxor.* τὸ νέκταρ, *nectar.*
αρ { ατος: τὸ ἧπαρ, ἥπατος, *hepar.* τὸ δέλεαρ, *eſca.*
Indeclinabilia ſunt τὸ μῶμαρ, *ſtultus*, & τὸ ὄναρ, *ſomnium.*

Ειρ, ειρος: ὁ φθεὶρ, φθειρὸς, *pediculus*, ἡ χεὶρ, *manus*: ὁ καὶ ἡ ἀντίχειρ, *pollex.*

ANNOTATIO.

Sed vtrum ſit communis generis ἀντίχειρ, non conue-

nit inter omnes, sunt enim qui putent αὐτίχειρ, cum pollicem significat, potius esse masculinum, quam fœmininum, subaudito nomine δάκτυλος, *digitus*: sic ὁ καὶ ἡ πολύχειρ, *multimanus*.

Ηρ {
ηρος: ὁ σὴρ, σηρὸς, *Ser populus, & vermis nens sericum*. ὁ λουτὴρ, λουτῆρος, *peluis*. τὸ κῆρ, κηρὸς, *cor*, ἡ κὴρ, κηρὸς, *sors, fatum*.
ερος: ὁ αἰθὴρ, αἰθέρος, *æther*. ὁ πατὴρ, *pater*. πατέρος, πατρός. ἡ μήτηρ, *mater*, μητέρος, μητρός. ἡ γαστὴρ, γαστέρος, γαστρὸς, *venter*. & similia, quæ syncopen patiuntur, è quibus etiam est ὁ ἀνὴρ, ἀνέρος, ἀνδρὸς, *vir*.

Ορ, ορος, τὸ ἦτορ, ἤτορος, *cor, animus*, & quod inde componitur, ὁ καὶ ἡ μεγαλήτωρ, *magnaminus*.

Υρ, υρος: ὁ ψίθυρ, ψιθύρος, *susurro*, ὁ καὶ ἡ μάρτυρ, μάρτυρος, *testis*, τὸ πῦρ, πυρὸς, *ignis*.

Ωρ {
ωρος: ὁ φὼρ, φωρὸς, *fur*. ὁ ἰχὼρ, ἰχῶρος, *humor, sanies*. τὸ ἕλωρ, ἕλωρος, *captura*.
ορος: ὁ νέστωρ, νέστορος, *Nestor*. ὁ καὶ ἡ ἀπάτωρ, *sine patre*. ὁ καὶ ἡ ἀμήτωρ, *carens matre*. Excipe τὸ ὕδωρ, ὕδατος. *aqua*, quasi ab ὕδας. Est enim heteroclitum.

Ας {
αντος: ὁ Αἴας, αἴαντος, *Aiax*. ὁ πᾶς, παντὸς, *omnis*, cum compositis, ἅπας, σύμπας, *omnis*. ὁ τύψας, τύψαντος, *qui verberauit*. ὁ ἱστὰς, ἱστάντος, *stans*, στὰς, στάντος, & similia participia.
ανος: ὁ μέλας, μέλανος, *niger*, ὁ τάλας, τάλανος, *miser*.
αδος: ἡ λαμπὰς, λαμπάδος, *lampas*. ἡ μονὰς, μονάδος, *vnitas*.
ατος: τὸ γῆρας, γήρατος, *senectus*. τὸ κέρας, κέρατος, *cornu*.

αος: ὁ λᾶας, τοῦ λάαος, lapis. λαός.

αιτος: ἡ δαὶς, δαιτὸς, conuiuium. τὸ σαὶς, σαιτὸς, farina aqua subacta.

Αις αιδος: ὁ καὶ ἡ παῖς, παιδὸς, puer, puella, cum compositis, ἄπαις, sine liberis, εὔπαις, fœlix liberis.

Αυς, αος: ἡ ναῦς (Ionice νηῦς, & diæresi, νηῢς, Gen. νηὸς) ναὸς, nauis, vel νεὼς, quamuis alii hunc genitiuum forment à Recto νεῦς, sic γραῦς, anus, vetula.

Ες, εος: τὸ ἀληθὲς, ἀληθέος, verum.

Εις
ενος: ὁ κτεὶς, κτενὸς, pecten. sic εἷς, ἑνὸς, vnus cũ compositis μηδεὶς, οὐδεὶς, nullus.
εντος: ὁ σιμόεις, σιμόεντος, Simois nomẽ fluuii. ἡ ὀπόεις, ὀπόεντος. Opus, nomen vrbis. ὁ χαρίεις, χαρίεντος, gratiosus, ὁ τυφθεὶς, τυφθέντος, qui verberatus est. ὁ τιθεὶς, τιθέντος, ponens, ὁ τεθεὶς, τεθέντος, positus.

Excipe ἡ κλεῖς, clauis, τῆς κλειδὸς, τῇ κλειδὶ, τὴν κλεῖδα, καὶ κλεῖν, & in plurali κλεῖς, claues, Mat. 16.

Ευς, εος: ὁ βασιλεὺς, βασιλέος, rex. Ionice βασιλῆος, Attice, βασιλέως.

Ης
ητος: ὁ λέβης, λέβητος, lebes, ἡ ἐσθὴς, ἐσθῆτος, vestis. ἡ κακότης, κακότητος, malitia.
ἡ ἀστότης, ἀστότητος, vrbanitas, ἡ δριμύτης, δριμύτητος, acrimonia, & similia infinita.
ηντος: ὁ τιμῆς, τιμῆντος, honoratus. ὁ δαφνῆς, δαφνῆντος, laureus, quę sunt contracta ex τιμήεις, δαφνήεις.
εντος: ὁ κλήμης, κλήμεντος, Clemens.
εος: ὁ Δημοσθένης, Δημοσθένεος, Demosthenes. ὁ καὶ ἡ ἀληθὴς, verus, vera, & similia plurima adiectiua.

ιος: ἡ πόλις, πόλιος, *ciuitas*, ὁ λὶς, λιὸς, *leo*.
ιδος: ὁ πάρις, πάριδος, *Paris*. ἡ κρηπὶς, κρηπῖδος, *crepido*. ἡ θέμις, θέμιδος, *Themis*.
Ις { ιτος: ἡ χάρις, χάριτος, *gratia*, cum cõpositis: εὔχαρις, *gratus*, ἄχαρις, *ingratus*.
ιθος: ὁ καὶ ἡ ὄρνις, ὄρνιθος, *auis*.
ιστος: ἡ θέμις, θέμιστος, sic χάριστος & χάριδος, præter χάριτος.

ANNOTATIO.

Rident nonnulli Antesignanum propter hos duos genitiuos nominis χάρις, sed cum Lascaris & alii nõ ignobiles auctores illos agnoscant, non est cur ridentes magnopere curemus.

Ις, ινος: ὁ καὶ ἡ τὶς, τινὸς, *aliquis*, indefinitum. τίς, τίνος, interrogatiuum, *quis*; sic ὁ δελφὶς, δελφῖνος, ἡ ἀκτὶς, ἀκτῖνος, *Delphinus, radius*.

ANNOTATIO.

Cum articulo postpositiuo ὅς componitur τὶς per omnes numeros, casus & genera; ὅστις, ἥτις, ὅ τι, *quis, quæ, quod*. οὗτινος, ἧστινος, οὗτινος, & sic per omnes casus.

Declinatur autem vtraq; pars compositionis; recipitque ὅστις, præter Dialectos tertiæ & secundæ declinationis etiam peculiares quasdam. Nam pro οὗτινος & ᾧτινι, dicũt Attici, ὅτου & ὅτῳ, & Iones, ὅτεο, ὅτεῳ, poetæ ὅττεο & ὅττου, Dores ὅττευ, Genit. Plur. ὁτέων, Dat. ὁτέοισι, vsurpant etiam poetæ pro αἱ & οἱ, ταὶ & τοὶ. Item τοὶ ταὶ pro οἳ & αἳ, *qui, quæ*.

εος: τὸ τεῖχος, τείχεος, *murus*.
Ος { οτος: τὸ τετυφὸς, τετυφότος, *quod verberauit*: & similia participia.

οος: ὁ καὶ ἡ βοῦς, τοῦ καὶ τῆς βοὸς, *bos*.
ους { ουντος: ὁ πλακοῦς, πλακοῦντος, *placenta*.
οντος: ὁ ὀδοὺς, ὀδόντος, *dens*, ὁ διδοὺς, διδόντος, *qui dedit*.

οὖς, *auris*, ὠτός. Alii dicunt οὖς esse indeclinabile. Sed pari ratione dicerent etiam ὕδωρ esse indeclinabile.

υς:
- υος: ὁ μῦς, μυὸς, *mus*. ὁ ἰχθὺς vel ἰχθῦς, ἰχθύος, *piscis*.
- εος: ὁ ὀξὺς, ὀξέος, *acutus*. ὁ ἡδὺς, ἡδέος, *suauis*.
- εως: ὁ πῆχυς, πήχεως, *Attice, cubitus*. ὁ πρέσβυς, *senex* seu *legatus*, ὁ πέλεκυς, *securis*.
- υδος: ὁ χλαμὺς, χλαμύδος, *chlamys*. ὁ καὶ ἡ νέηλυς, νεήλυδος, *aduena*.
- υθος: ἡ κόρυς, κόρυθος, *galea*.
- υντος: ὁ ζευγνὺς, ζευγνύντος, *iungens*. & similia participia quartæ in μι,

ως:
- ωτος: ὁ γέλως, γέλωτος, *risus*. τὸ φῶς, φωτὸς, *lux*.
- οος: ἡ αἰδὼς, αἰδόος, *pudor, verecundia*. ἠὼς, ἠόος, *aurora*.
- οτος: ὁ τετυφὼς, τετυφότος, *qui verberauit*, & similia participia præteriti actiui, generis Masculini.
- ωος: ὁ τρῶς, τρωὸς, Troianus. ὁ ἥρως, ἥρωος, Heros.

Ας, λος: ὁ ἅλς, ἁλὸς, *sal*, ἡ ἅλς, ἁλὸς, *mare*.

Νς, νθος: ἡ ἕλμινς ἕλμινθος, *lumbricus*.

Ρς, ρτος: ὁ μάκαρς, μάκαρτος, *beatus*.

ψ:
- πος: ὁ ὤψ, ὠπὸς, *visus*, ὁ κύκλωψ, κύκλωπος, *Cyclops*.
- βος: ὁ ἄραψ, ἄραβος, *Arabs*. ἡ φλὲψ, φλεβὸς, *vena*.
- φος: ὁ κίνυψ, κίνυφος, *nomen fluuii*, ἡ κατῆλιψ, *scala*.

Et hæc de formationibus genitiui quintæ declinationis.

Non fuerit autem inutile omnes terminationes Recti, à quib⁹ genitiuus deducitur, hic in vnum colligere, ordine alphabeti seruato. Sunt igitur istæ: α, ι, υ, ω, αν, εν, ην, ιν, ον, υν, ων, ξ, αρ, ειρ, ηρ, ορ, υρ, ωρ, ας, αις, αυς, ες, εις, ευς, ης, ις, ος, ους, υς, ως, κς, νς, ρς, ψ.

DE ACCVSATIVO QVINTAE declinationis.

Accusatiuus exit in α.

EXCEPTIONES.

Excipe primo nomina in ις & υς, quorum genitiuus habet ος purum. Nam hæc accusatiuũ in ν formant; ὁ ὄφις, *serpens*, ὄφιος, vel ὄφεως, ὄφιν, ὁ βότρυς, *racemus*. βότρυος, βότρυν. ὁ ὀξὺς *acutus*, ὀξέος, ὀξὺν, quamuis hæc quoq; α habeant, τὸν βότρυα, τὸν ὀξέα, maxime apud Poetas.

Excipe secundo Barytona in ις & υς, quæ nõ habent ος purum, Hæc enim α & ν sortiuntur. ἡ ἔρις, ἔριδος, ἔριδα, ἔριν. *contentio*. ὁ νέηλυς, νεήλυδος, νέηλυν, νεήλυδα, *aduena*. ὁ πάρις, πάριδος, πάριν, πάριδα, *Paris*.

ANNOTATIO.

Causa huius duplicis accusatiui est, quod hæc vocabula Ionice per ος quoq; purum inflectantur, non secus atq; ὄφις. Vnde merito vtraq; terminatione finiuntur. In oxytonis hoc non fit, solũ enim α habent, ἡ ἐλπὶς, ἐλπίδος, ἐλπίδα, *spes*, ἡ χλαμὺς, χλαμύδος, χλαμύδα, *chlamys*.

Excipe tertio finita in αυς, ἡ ναῦς, ναῦν, *nauis*, ἡ γραῦς, γραῦν, *vetula*, substituto ν in locum σ nominatiui, vt & in βοῦς, βοῦν, accidit.

ANNOTATIO.

Legimus tamen βόα, & Dorice βῶν, & Poetice τὴν νάα vel νῆα, vel νηῦν, *nauim*. sic ὁ λᾶς, *lapis*. λᾶος, λᾶι, λᾶν.

DE

DE VOCATIVO.

Vocatiuus similis est nominatiuo.

EXCEPTIONES.

Excipiuntur primo nomina Barytona quæ declinantur per ντος; hæc enim ablato τος vocatiuum formant: ὁ Αἴας, αἴαντος, ὦ Αἶαν, *Aiax*. ὁ θόας, θόαν, *Thoas*, ὁ πολυδάμας, πολυδάμαντος, ὦ πολυδάμαν, *Polydamas*, ὁ λέων, λέοντος, ὦ λέον, *leo*. ὁ γέρων, *senex*, γέροντος, ὦ γέρον.

ANNOTATIO.

Exceptio hæc intelligenda est de nominibus, non de participiis. Hinc τύψας, τύψαντος, ὁ ἱστὰς, ἱστάντος, ὁ στὰς, στάντος, vocatiuum similem nominatiuo habent, vt & ὁ τύπτων, τύπτοντος, & huius generis alia participia, siue sint contracta, siue non, quia regula loquitur de nominibus, & quidem Barytonis tantum. Hinc ὁ ἱμᾶς, ἱμάντος, vocatiuũ habet similem nominatiuo, quia est oxytonum.

Quo fit vt reiiciantur etiam nomina contracta. Hinc ὁ πλακοῦς, πλακοῦντος, ὁ σιμοῦς, σιμοῦντος, cum sint contracta, vocatiuum non faciunt in ουν, sed secundum aliã quandam regulam de qua postea, in ου, quamuis non desint viri docti, & in his Renatus Guillonius, qui vocatiuos illos, ὦ σιμοῦ, ὁ πλακοῦ, agnoscant. Ego tamen nõ video, quomodo hæc illorum sententia cum eorundem verbis cohæreat, cum aiunt: *Nota in contractis prædictam exceptionem non habere locum*, certe σιμοῦς & πλακοῦς cõtracta sunt, nisi quis dicat πλακοῦ & σιμοῦ, esse vocatiuos contractos, pro πλακόεν, σιμόεν.

Quamobrẽ nec τιμῆς, nec δαφνῆς, licet flexa per ντος, formabunt suũ vocatiuum ablato τος, sicut nec κλήμης, κλήμεντος, nec οὐάλης, οὐάλεντος, sed tantum nomina in αντος & οντος, qualia ante descripsimus, licet non ignorem esse nonnullos, inter quos Lascaris, qui vocatiuos

τιμῆν & δαφνῆν afferant, qui tamen potius videntur contracti ex τιμῆεν & δαφνῆεν.

Solent porro Poetæ ex huiusmodi vocatiuis literam ν abiicere, ὦ Αἶα, ὦ θόα, ὦ λαοδάμα, quos Latini imitati dixerunt, ô Palla, Æneid. 11. à Pallas, Pallantis. ô Calcha apud Senecam Troad. Vide Emmanuelem in tertia declinatione.

Excipe secundo alia quædam nomina Barytona, quæ ablato genitiui τος vel ος formãt suum Vocatiuum, vt adiectiua in ην & εις, quorũ neutra in εν, & barytona in ωρ, & in ας, ανος, & in ων, ονος. vt ὁ καὶ ἡ τέρην, *tener, tenera*, τέρενος, ὦ τέρεν. ὁ καὶ ἡ ἄρσην, *masculus, mascula*, ἄρσενος, ὦ ἄρσεν. ὁ χαρίεις, *gratiosus*, χαρίεντος, ὦ χαρίεν. ὁ τιμήεις, *honorabilis*, τιμήεντος, ὦ τιμῆεν. ὁ δαφνήεις, *laureus*, δαφνήεντος, ὦ δαφνῆεν. ὁ πλακόεις, *latus ad modum crustæ*, πλακόεντος, ὦ πλακόεν, & substantiuum, ὁ Σιμόεις, *Simois nomen fluuii*, σιμόεντος, ὦ σιμόεν. ὁ νέστωρ, νέστορος, ὦ νέστορ, *Nestor*. ὁ ἕκτωρ, *Hector*, ἕκτορος, ὦ ἕκτορ. ὁ παντοκράτωρ, *omnipotens*, παντοκράτορος, ὦ παντοκράτορ. ὁ μέλας, *niger*, μέλανος, ὦ μέλαν, ὁ τάλας, *miser*, τάλανος, ὦ τάλαν, ὁ δαίμων, *dæmon*, δαίμονος, ὦ δαῖμον, passim apud Orpheum, ὁ καὶ ἡ ἐλεήμων, *misericors*, ἐλεήμονος, ὦ ἐλεῆμον. ὁ καὶ ἡ οἰκτίρμων, *misericors*, οἰκτίρμονος, ὦ οἰκτίρμον.

ANNOTATIO.

Non comprehenduntur sub hac exceptione participia in εις, vt ὁ τυφθείς, *verberatus*, τιθείς, *ponens*, τεθείς, *positus* Idem est enim horum Rectus & Vocatiuus. Illa in εις formant etiam Vocatiuum in ει, ablato ς, Recti, χαρίεις, ὦ χαρίει. Quod si in prædictis dictionibus aliquando Vocatiuus est similis Nominatiuo, id per Atticismum vel Poeticam licentiam fieri censendum est.

Ex ci-

Excipe tertio composita nonnulla polysyllaba in ων, quæ vocatiuum faciunt in ον, licet quædam illorum forment Genitiuum in ωνος, retracto accentu in antepenultimã, ὁ ἀπόλλων, *Apollo*, ἀπόλλωνος, ὦ ἄπολλον. ὁ ποσειδῶν, *Neptunus*, ποσειδῶνος, ὦ πόσειδον. ὁ ἀγαμέμνων, ἀγαμέμνονος, ὦ ἀγάμεμνον. ὁ καὶ ἡ κακοδαίμων, *infelix*, κακοδαίμονος, ὦ κακόδαιμον. Idem comparatiuis accidit, ὁ βελτίων, ὁ ἀρείων, *melior*, ὦ βέλτιον, ἄρειον.

ANNOTATIO.

Composita polysyllaba quorum genitiuus exit in ονος nihil differunt in formatione vocatiui à simplicibus in ων, ονος, de quibus in secunda exceptione; nisi quod accentum in antepenultimam retrahunt, quod tamen non fit in omnibus. Dicimus enim ὁ λακεδαίμων, *Lacedæmon*, λακεδαίμονος, ὦ λακεδαῖμον. ὁ παλαίμων, *Palæmon*, παλαίμονος, ὦ παλαῖμον ὁ καὶ ἡ δαΐφρων, *prudens*, δαΐφρονος, δαΐφρον. ὁ καὶ ἡ ἀγανόφρων, *lenis, mitis*, ἀγανόφρονος, ὦ ἀγανόφρον.

Excipe quarto grauitona in ηρ, hæc enim ερ habent, ἡ μήτηρ, *mater*, ὦ μῆτερ. ἡ θυγάτηρ, *filia*, ὦ θύγατερ, ἡ Δημήτηρ, *Ceres*, ὦ Δήμητερ, quod in his quoq; oxytonis fit; ὁ πατὴρ, *pater*, ὁ σωτὴρ, *saluator*. ὁ δαὴρ, *leuir*. ὁ ἀνὴρ, *vir*. ὦ πάτερ, σῶτερ, δάερ, ἄνερ, quibus etiam accentus retrahitur.

ANNOTATIO.

Inuenitur tamen aliquando ὦ σωτὴρ. Legem hanc barytonorum non sequitur hoc barytonum ὁ πίηρ, πίερος, ὦ πίηρ.

Excipe quinto nomina in ευς & ους, quæ σ deponunt, ὁ βασιλεὺς, *Rex*, ὦ βασιλεῦ. ὁ βοῦς, *bos*, ὦ βοῦ. ὁ πλακοῦς, *panis crustaceus, placenta*, ὦ πλακοῦ.

præter, ὁ πȣ̃ς, *pes*, ὦ πȣ̀ς, ὁ ὀδȣ̀ς, *dens*, ὦ ὀδȣ̀ς. ὁ καὶ ἡ παῖς, *puer, puella*, cum suis cõpositis, ὁ καὶ ἡ ἄπαις, *sine liberis*: ὁ καὶ ἡ εὔπαις, *fœlix liberis*.

ANNOTATIO.

Non videtur idem dicendum de compositis à ποῦς, vt δίπȣς, τρίπȣς, πολύπους. Nam Statius Poeta Latinus aliquoties vtitur vocatiuo, μελάμπου, ad imitationẽ certe Græcorum. Vide Emmanuelem in tertia declinatione. Et si πȣ̀ς suum σ in vocatiuo retinet, vt distinguatur ab aduerbio πȣ̃, causa nulla erit, cur id in vocatiuo composita retineant.

Excipe sexto grauitona in ις, & υς, amittunt enim σ in vocatiuo, ὁ ὄφις, *serpens*, ὦ ὄφι. ὁ βότρυς, *botrus*, ὦ βότρυ.

Idem accidit adiectiuis oxytonis in υς, ὁ ὀξὺς, *acutus*, ὦ ὀξύ. Et monosyllabis, ὁ μῦς, *mus*, ὦ μῦ. ἡ δρῦς, *quercus*, ὦ δρῦ. & Poetice oxytonis in ις, ἡ ἀμαρυλλὶς, ὦ ἀμαρυλλὶ, *Amaryllis*.

ANNOTATIO.

Idem fit apud Latinos in huiusmodi oxytonis. Virg.

Mirabar quid mæsta Deos Amarylli vocares.

Vide Emmanuelem proxime nominato loco.

Substantiua oxytona in υς, vt χλαμὺς, *chlamys*, & lingua communi omnia oxytona in ις retinent σ in Vocatiuo, ἡ ἐλπὶς, ὦ ἐλπὶς, *spes*.

Excipe septimo vocabula in ης primæ contractorũ, quorum Vocatiuus in ες; & nomina in ω, & ως quartæ, quorum vocatiuus in οι exit, Δημοσθένης, ὦ Δημόσθενες, *Demosthenes*, ἀληθὴς, *verus*, ὦ ἀληθὲς, ἡ λητὼ, ὦ λητοῖ, *Latona*.

DE DATIVO PLVRALI.

Fit à datiuo singulari posito σ ante ι, τῷ βότρυϊ, τοῖς βότρυσι, reiectisque literis δ, θ, ν, τ, si occurrant in singulari, τῇ λαμπάδι, ταῖς λαμπάσι, ὄρνιθι, ὄρνισι, τιθέντι, τιθεῖσι, λέβητι, λέβησι.

Quod

Quod si reiecta aliqua ex prædictis literis, datiuus pluralis corriperetur, cum longus fuerit positione in singulari, diphthongus faciẽda est adscita vocali, λέοντι, λέουσι, non λέοσι, τιθέντι, τιθεῖσι, non τιθέσι.

ANNOTATIO.

Causa huius rei est, quod datiuus pluralis eiusdem quantitatis esse debeat cuius singularis, si hic breuis sit, vt τείχεϊ, λαμπάδι, breuis erit & ille, τείχεσι, λαμπάσι. si vero sit longus, longus erit & ille, παντὶ, πᾶσι, τιθέντι, τιθεῖσι, ἱστᾶντι, ἱστᾶσι.

Accidit tamen aliquando vt datiuus singularis sit breuis, pluralis longus, & hoc potissimum in vocabulis ρ in obliquis habentibus; potest enim pluralis datiuus maior esse quantitate quam singularis, sed nunquam minor, ὁ ῥήτωρ, ῥήτορος, ῥήτορσι, *Rhetor.* ὁ μάρτυρ, μάρτυρι, μάρτυρσι, *Martyr, testis.* ὁ ἅλς, *sal,* ἁλὸς, ἁλὶ, ἁλσί.

EXCEPTIONES.

Excipe primo nomina in ξ, ψ, & in diphthõgũ desinẽtia. Hæc enim datiuũ pluralẽ à nominatiuo singulari formãt adiecto iota, ὁ κόραξ, κόραξι, *coruus,* ὁ ἄραψ, ἄραψι, *Arabs.* ὁ βασιλεὺς, *Rex,* βασιλεῦσι, βοῦς, *bos,* βουσί. At πούς, *pes,* τοῖς ποσί. τὸ οὖς, ὠσὶ, *auris.* ὁ υἱεὺς, *filius,* υἱέσι. ὁ δρομεὺς, *cursor,* δρομέσι. Neq; inuenitur υἱεῦσι, δρομεῦσι, vt testatur Antesignanus.

Excipe secundo nomina in ηρ in obliquis syncopen pati solita; hæc enim datiuũ pluralẽ in ασι faciũt, ὁ πατὴρ, ἡ μητὴρ, ὁ ἀνὴρ, πατέρι, πατρὶ, πατράσι, ἀνδράσι, μητράσι. ἡ θυγάτηρ, θυγατράσι, sic ὁ υἷς, *filius,* τοῖς υἱάσι, inserto α pro υἷσι, γαστὴρ tamen, *venter,* facit γαστῆρσι, vt quidam volunt.

DE DIALECTIS QVINTÆ DEclinationis.

Voca-

VOcatiuos omnium nominum in ων, etiam oxytonorum, quæ per ονος declinantur, formant Æoles in ον, ablato scilicet ος genitiui, ἡ ἀηδὼν, *luscinia*, ἀηδόνος, ὦ ἀηδὸν, communiter ὦ ἀηδών. ἡ χελιδὼν, *hirundo*. χελιδόνος, ὦ χελιδὸν, communiter ὦ χελιδών.

Additur quoq; nonnullis nominibus quintæ declinationis syllaba φι vel φιν, & in neutris quidem in ος, vertitur ο in ε. In fœmininis vero in ων formato genitiuo abiiciendum est σ, & in aliis alia mutanda sunt, vt in his exemplis vides.

τὸ στῆθος,	*pectus*,	στήθεσφι.
τὸ ὄρος,	*mons*,	ὄρεσφι.
τὸ ὄχος,	*currus*,	ὄχεσφι, (ληδονόφι.
ἡ κοτυληδὼν,	*coxa*,	κοτυληδόνος, κοτυ-
ἡ χελιδὼν,	*hirundo*,	χελιδόνος, χελιδονόφι.

Inuenitur etiam Iliad. 9. ἐξ ἐρέβευσφιν, pro ἐξ ἐρέβευς, *ex Erebo*. genitiuus à nomine τὸ ἔρεβος. Et Iliad. 12. παρὰ ναῦφιν, pro ἀπὸ νηῶν, *à nauibus*.

Accidit quoq; huic declinationi apocope, δῶ pro δῶμα, *domus*, id quod fit in omnibus casibus singularis numeri; vt in hoc schemate cernis.

In Nom. τὸ	σκέπα	pro	σκέπασμα,	*tegmen*.
	ὕφα		ὕφασμα,	*textum*.
	δῶ		δῶμα,	*domus*.
In Genit. τοῦ	Αἴαν	pro	Αἴαντος	Vel etiam Αἴα, Θόα, vt placet Lascari.
	Θόαν		Θόαντος	
In Dat. τῇ	δαΐ	pro	δαΐδι,	*pugnæ*.
	Θέτι		Θέτιδι	*Thetidi*.
	μάστι		μάστιγι,	*scuticæ*.
	παρακοίτι		παρακοίτιδι,	*vxori*.
	τῷ ἱδρῷ		ἱδρῶτι,	*sudori*.
In Acc. τὸν	Ἀπόλλω	pro	Ἀπόλλωνα,	*Apollinem*.
	ποσειδῶ		ποσειδῶνα,	*Neptunum*.
	ἱδρῶ		ἱδρῶτα,	*sudorem*.

In

In Vocat. ὦ	λαοδάμα	pro	λαοδάμαν,	*Laodamas.*
	πολυδάμα		πολυδάμαν,	*Polydamas,*
	Αἶα		Αἶαν,	*Aiax.*
	Θόα		Θόαν	*Thoas.*

Genitiuus & datiuus duales creſcunt interdum additione vnius ſyllabæ: ποδοῖιν pro ποδοῖν.

Datiuum pluralem formant Poetæ à nominatiuo plurali addito iota, Αἴαντες, αἰάντεσι, λέβητες, λεβήτεσι, & duplicato σ, λεβήτεσσι, prout ratio & carminis neceſſitas exigit, βήματα, βημάτεσι, σώματα, σωμάτεσι, mutato α in ε. & addita ſyllaba σι, ἔπεα, ἐπέεσι, ſeu ἐπέεσσι, τείχεα, τειχέεσι ſeu τειχέεσσι.

Cæterum nominibus, participiis & verbis in ι vel ε deſinentibus, adiici ſolet conſonans ν ſequente in altera dictione vocali vel diphthongo, τύπτουσιν ἐκεῖνον, *verberãt illum*, λέουσιν ἐκείνοις, *leonibus illis*, ἔτυπτεν αὐτὸν, *verberabat illum*, quod Poetæ non raro faciunt verſus gratia, etiam ſi conſonans ſequatur, & hæc de declinationibus ſimplicibus.

CAPVT. V.
DE DECLINATIONIBVS CONTRACTIS.

QVinque ſunt harum declinationum, ortæ à quinta, & ita appellatæ, quod in nõnullis caſibus contrahantur, duabus ſyllabis in vnam coaleſcentibus. Et prima quidem declinatio continet maſculina, fœminina & communia in ης & neutra in ες & ος. ὁ Δημοσθένης *Demoſthenes*, ἡ τριήρης, *triremis*. ὁ καὶ ἡ ἀληθὴς, τὸ ἀληθὲς, *verus, vera, verum*, τὸ τεῖχος, *murus*.

PARADIGMA PRIMAE DECLI-*nationis*.

Sing. ὁ δημοσθένης. τοῦ δημοσθένεος, δημοσθένους.

τῷ

τῷ Δημοσθένεϊ, σθένει, τὸν Δημοσθένεα, σθένη. ὦ Δημόσθενες.

Dual. τὼ & ὦ Δημοσθένεε, σθένη, τοῖν Δημοσθενέοιν, σθενοῖν.

Plur. οἱ & ὦ Δημοσθένεες, σθένεις. τῶν Δημοσθενέων, σθενῶν, τοῖς Δημοσθένεσι. τοὺς Δημοσθένεας, σθένεις.

Sic ἡ τριήρης, τῆς τριήρεος, τριήρους. ὁ καὶ ἡ ἀληθὴς, τοῦ καὶ τῆς ἀληθέος, ἀληθοῦς, τὸ τεῖχος. τοῦ τείχεος, τείχους. τῷ τείχεϊ, τείχει.

Neutra in plurali contrahuntur in η, τὰ τείχεα, τείχη, τὰ ἀληθέα, ἀληθῆ.

Datiuus pluralis in nulla declinatione contrahitur.

ANNOTATIO.

Accusatiuus in εα contrahitur in η; sed quorum Rectus definit in ης purum; contrahuntur etiam in α, vt εὐφυὴς *ingeniosus* τὸν εὐφυῆ vel εὐφυᾶ, sic ὑγιὴς, *sanus*. Quamuis sint qui velint solum accusatiuum in α esse vsitatum.

Quædam nomina primæ contractorum habent nonnunquam terminationes primæ simplicium, τὸν Δημοσθένην, τὸν Ἀριστοφάνην, τὸν Σωκράτην & ὦ Σωκράτη, οἱ Ἀριστοφάναι, καὶ τοὺς Ἀριστοφάνας. De quibus plura, cum gemus de Heteroclitis.

Ne mireris, inquit Priscianus lib. 6. si quando apud Latinos legeris, ô Socrate: Nam Attici propria nomina primæ declinationis contractorum, vt σωκράτης, accusandi & vocandi casu instar nominum primæ declinationis declinant, τὸν σωκράτην, ὦ σωκράτη. Cicero in Protag. apud eundem Priscianum eodem libro: Quid tu, vnde tandem appares, ô Socrate? Quædam neutra dualis numeri contrahuntur etiam in ει, τὼ σκέλεε, σκέλει, καὶ σκέλη, *crura*. Interdum alterum ε per apocopen tollitur, ὄσσε pro ὄσσεε, *oculi*. Quamuis autem casus huius declinationis dicto modo contrahantur, vsurpant tamen auctores

solutæ

solutæ orationis subinde casus non contractos, vt in duali, συγγενέες, *cognati*. κερδέων, *lucrorum*. ἀνθέων, *florum*. ὀρέων, *montium*.

DE COMPOSITIS A NOMINE κλέος.

Duplicia ab hoc nomine veniunt vocabula, quædam adiectiua & communia, ὁ καὶ ἡ εὐκλεὴς, *gloriosus, gloriosa*, ὁ καὶ ἡ ἀκλεὴς, *inglorius & ingloria*. Quædam propria, ὁ σοφοκλέης, *Sophocles*, ἡρακλέης, *Hercules*, ἰφικλέης, *Iphicles*. & alia plurima.

Priora eandem habent declinationem, quam Δημοσθένης; ὁ εὐκλεὴς, τοῦ εὐκλέεος, εὐκλεοῦς, τῷ εὐκλέεϊ, εὐκλεεῖ. posteriora quæ propria sunt, varie contrahuntur, vt vides in hoc exemplo.

PARADIGMA.

Nom. ἡρακλέης, ἡρακλῆς.

Gen. τοῦ ἡρακλέεος, ἡρακλέους, ἡρακλοῦς. Et Ionice ἡρακλῆος καὶ ἡρακλέηος.

Dat. ἡρακλέεϊ, ἡρακλέε, ἡρακλεῖ, ἡρακλέϊ, καὶ ἡρακλῆϊ.

Acc. ἡρακλέεα, ἡρακλέα, ἡρακλῆ, ἡρακλέη, ἡρακλῆα, καὶ ἡρακλέην, ἢ ἡρακλῆν.

Voc. ὦ ἡράκλεες, ἡράκλεις, ἡρακλες, ἡρακλῆς, ἡρακλῆ.

Dual. τὼ & ὦ ἡρακλέεε, ἡρακλέε, ἡρακλέη, ἡρακλῆ.

Gen. & Dat. τοῖν ἡρακλεέοιν, ἡρακλέοιν, ἡρακλοῖν, ἡρακλήοιν.

Plur. Nom. οἱ ἡρακλέεες, ἡρακλέεις, ἡρακλεῖς, ἡρακλῆες.

Gen. τῶν ἡρακλεέων, ἡρακλέων, ἡρακλῶν, ἡρακλήων.

Dat.

Dat. ἡρακλέεσι, ἡρακλέσι, ἡρακλῆσι.

Acc. τοὺς ἡρακλέεας, ἡρακλέας, ἡρακλεῖς, ἡρακλῆας, ἡρακλᾶς.

Vocatiuus ſimilis eſt nominatiuo.

Eodem modo declinantur Θεμιστοκλέης, *Themiſtocles*, Σοφοκλέης, *Sophocles*, Περικλέης, *Pericles*, & ſimilia.

SECVNDA DECLINATIO.

Eſt maſculinorum & fœmininorum & cōmunium in ις, & neutrorum in ι, ὁ ὄφις, *ſerpens*, ἡ πόλις, *ciuitas*, ὁ καὶ ἡ νῆστις, *ieiunus*, *ieiuna*, τὸ σίνηπι, *ſinapi*.

PARADIGMA SECVNDAE DE-clinationis.

Sing. ὁ ὄφις. τοῦ ὄφιος. τῷ ὄφιϊ, ὄφι, τὸν ὄφιν. ὦ ὄφι.

Dual. τὼ & ὦ ὄφιε. τοῖν ὀφίοιν.

Plur. οἱ ὄφιες, ὄφις. τῶν ὀφίων. τοῖς ὄφισι. τοὺς ὄφιας, ὄφις. ὦ ὄφιες, ὄφις.

Sic ἡ πόλις, πόλιος, τέρψις, τέρψιος, *delectatio*, & ſimilia.

Neutrum, τὸ σίνηπι. Plur. τὰ καὶ ὦ σινήπια, σινήπι.

Craſis huius declinationis tantum fit in ι longum, in iis videlicet caſibus, quos tibi paradigma exhibet.

DIALECTI HVIVS DE-CLINATIONIS.

ὁ ὄφις, Genit. ὄφεος Ionice. ὄφεως Attice, ſic πόλις, πόλεος, πόλεως & πόληος, apud Poëtas, & πόλευς ſeu πόλους qui eſt genitiuus contractus Doricus, ab illo Ionico τῆς πόλεος. Dat τῷ ὄφεϊ ὄφει: Nam in his Ionicis caſibus eadem eſt contractio, quæ in prima declinatione. ſic in

duali

duali, τὼ ὄφεε, ὄφει: οἱ & ὦ ὄφεες, ὄφεις: τοὺς ὄφεας, ὄφεις. Reliqui casus non contrahuntur.

Sunt autem casus ita contracti vsitatiores quam cõmunes aut Ionici, πόλει enim, exempli causa apud Atticos & πόλεις apud Demosthenem, & eius similes reperitur: non πόλιι vel πόλεϊ, nec πόλιες, πόλεες, πόλιας, πόλεας, nisi apud Herodotum, Hippocratem & alios, qui Ionice loquuntur.

Genitiuus & datiuus dualis Atticus, ὀφεῷν. Plur. ὄφεων accentu in antepenultima.

Cæterum ab illo genitiuo πόληος, *vrbis*, fi. Dat. πόληϊ, πόληα. Et in duali πόληε. Et in plurali πόληες, τῶν πολήων, πόλησι, πόληας. Quos omnes casus confirmat Lascaris Poetarum testimoniis.

Neutra quoq; per εος flectuntur; σίνηπι, σινήπεος, & in plurali σινήπεα, σινήπη. Et hæc ex communi Grammaticorum sententia.

ANNOTATIO.

Alii putant terminationes illas πόλιος, ὄφιος, ὄφιι, quas pro communibus attulimus, non esse communes, sed Ionicas; cum iis vtatur Herodotus Ionicus scriptor, apud quem πόλιος, & contractus datiuus πόλι & Nom. Plur. πόλις, & accusatiuus πόλιας legitur. Neq; credibile est, inquiunt; eum qui ex instituto Ionicam Dialectum sectabatur, communem hic linguam vsurpare voluisse. Vt vt sit, non videtur à communi Grammaticorum opinione recedendum esse.

Vocabulum ὁ & ἡ ὄϊς, *ouis*, peculiarem contractionis modum habet. In omnibus enim casibus contrahitur, ὄϊς, ὄϊος, ὄϊι, ὄϊν, οἶς, οἶος, οἶι, οἶν. Et in plurali αἱ & ὦ ὄϊες, καὶ τὰς ὄϊας, crasi ὄϊς, & facta contractione οἶς. Dicitur etiam ὄϊς, ὄϊδος, ὄϊδα.

TERTIA DECLINATIO.

Continet masculina in ης. Gen. εος communis, Attice εως. Ionice ηος. contrahitur in iis casibus, quos in hoc paradigmate cernis.

Sing. ὁ βασιλεὺς, Rex. τοῦ βασιλέος, τῷ βασιλέϊ, λεῖ, τὸν βασιλέα, ὦ βασιλεῦ.

Dual. τὼ καὶ ὦ βασιλέε, λῆ, τοῖν βασιλέοιν.

Plur. οἱ καὶ ὦ βασιλέες, λεῖς, τῶν βασιλέων, τοῖς βασιλεῦσι, τοὺς βασιλέας, λεῖς.

Genitiuus Ionicus, τοῦ βασιλῆος, τῷ βασιλῆϊ, τὸν βασιλῆα. Et ita deinceps per omnes casus vbi ε commune est, ibi Ionice est η.

ANNOTATIO.

Sunt qui velint genitiuum in εος, non esse communem, sed in εως, qui simul sit communis & Articulus; illum autem in εος volunt esse genitiuum Ionicum.

Genitiuus in εως non contrahitur.

Excipiuntur nomina illa, quæ ante εως, vocalem aut diphthōgum habent, ὁ πειραιεὺς, *Piraeus*, τοῦ πειραιέως, πειραιῶς. ὁ στειριεὺς, στειριέως, στειριῶς, *Stirieus*. ὁ χοεὺς, *congius*, τοῦ χοέως, χοῶς. Eadẽ accusatiuum contrahunt in ᾶ, τὸν πειραιᾶ, τὸν στειριᾶ, τὸν χοέα, χοᾶ.

DE DIALECTIS HVIVS declinationis.

GEnitiuus Doricus βασιλεῦς facta crasi ex εος, in ους, deinde ου in ευ verso.

Lascaris huius nominis Ἀχιλλεὺς, hos omnes genitiuos adfert: Ἀχιλλέος, Ἀχιλλέως, Attice. Ἀχιλλῆος, Ionice, Ἀχιλλεῖος, apud recentiores Iones, ἀχίλληος apud antiquos Æoles, ἀχίλλειος apud recentiores, ἀχιλλίος Bœotice. ἀχιλλεῦς Dorice. ἀχίλλους Æolice.

Accusatiuus βασιλῆ Poetice, ab Ionico βασιλῆα ablato α, vel per contractionem, βασιλέα, βασιλῆ. Nominatiuus pluralis βασιλῆς vel βασιλῇς. Datiuus in ῆσι, à Ionico singulari βασιλῆϊ interposito σ, βασιλῆσι, Poetice βασιλέλέσι, à datiuo singulari βασιλέϊ, sic υἱεὺς, υἱέως, υἱέϊ, υἱέσι, *filius*, ὁ δρομεὺς, δρομέσι, *cursor*.

Nomina

Nomina huius declinationis efferunt Dores per ης teste Prisc. lib. 6. ὀρφεὺς, ὄρφης. τυδεὺς, τύδης; ἀχιλλεὺς, ἀχίλλης. ὀδυσσεὺς, ὀδύσσης, per primam simplicium. Hinc τὸν ὄρφην, τύδην, ὦ ὄρφη, τύδη, ἀχίλλη. Et apud Latinos ô Achille ô Vlysse. Alias per secundam Latinorum declinationem, & nonnulla etiam per tertiam inflectuntur. Vlysses, Vlyssis, Achilles, Achillis, vel Vlysseus, Achilleus, idq; vel tribus, vel quatuor syllabis. Similiter in obliquis Vlyssei, Achillei; quatuor syllabis. Vt apud Horatium 1. Odar. *Nec cursus duplices per mare Vlyssei.* Vel tribus, vt apud Virgilium lib. 1 Æneid. *Immitis Achillei* vel *Achilli.*

Vocatiui Græci Perseu, Tydeu, Theseu, vsitatissimi sunt. Nec inusitatus est accusatiuus Græcus Orphea, Thesea. Vide Emmanuelem in secunda declinatione.

QVARTA DECLINATIO CONTRACTORVM.

EST fœmininorum in ω & ως, prioris generis multa sūt, & omnia ferme propria mulierum, ἡ λητὼ, *Latona.* μαντὼ, γοργὼ, σαπφὼ; & appellatiua φειδὼ, *parsimonia,* πειθὼ, *suada*, ἠχὼ, *Echo,* & similia. Posterioris generis duo: ἠὼς, *aurora,* & αἰδὼς, *pudor, verecundia*, quorum hoc est paradigma.

Sing. ἡ λητώ. τῆς λητόος, λητοῦς. τῇ λητόϊ, λητοῖ. τὴν λητόα, λητώ. ὦ λητοῖ.

Dualis & pluralis vt in tertia simplicium, τὼ λητώ, αἱ λητοὶ, nec fit vlla in duali & plurali cōtractio.

ANNOTATIO.

Aliqui accusatiuum circumflectunt τὴν λητόα, λητῶ, sed alii rectius acuunt: vt & illum à nominibus in ως, σὴν

τὴν αἰδόα, αἰδῶ. Ionice desinit accusatiuus in οῦν. σαπφοῦν: & Æolice in ῶν, sicut genitiuus Æolice & Laconice in ῶς.

QVINTA DECLINATIO.

Complectitur tantum neutra in ας, Genitiuus communis ατος, Ionicus αος, ex quo fit crasis Attica ως; vt vides in hoc exemplo.

Sing. τὸ κρέας, *caro*. τοῦ κρέατος, κρέαος, κρέως. τῷ κρέατι, κρέαϊ, κρέα, τὸ καὶ ὦ κρέας.

Dual. τὼ κρέατε, κρέαε, κρέα. τοῖν κρεάτοιν, κρεάοιν, κρεῷν.

Plur. τὰ κρέατα, κρέαα, κρέα. τῶν κρεάτων, κρεάων, κρεῶν. τοῖς κρέασι, τὰ κρέατα, vt in nominatiuo.

ANNOTATIO.

Videtur κρέας etiam contrahi in nominatiuo Dorice in κρῆς apud Theocritum Idyll. 1.

Substituunt quoq; Iones interdum ε in locum α. Hinc apud Herodotum γέρεα pro γέρατα à γέρας, *munus*.

Datiuus pluralis Poetice γεράτεσι, & aliquando γεράεσσι, à γέρας, quasi esset γέραες.

CAPVT VI.

DE NOMINIBVS SIMPLICIVM DECLINATIONVM CONTRAHI SOLITIS.

In omnibus declinationibus simplicibus, præter quartam, inueniuntur nomina, quæ vel in omnibus, vel certis quibusdam casibus contrahi solent, vt in prima, ὁ ἑρμέας vel ἑρμείας, ἑρμῆς.

ἑρμῆς, *Mercurius*, ἑρμέου, ἑρμοῦ. ἑρμέᾳ, ἑρμῇ. τὸν ἑρμέαν, ἑρμῆν. Et ita deinceps per oẽs numeros & casus. ἑρμέα, ἑρμᾶ, in duali; ἑρμέαι, ἑρμαῖ, in plurali.

Sic ὁ ἀπελλέης, *Apelles*, ἀπελλῆς, τοῦ ἀπελλέου, ἀπελλοῦ, ἀπελλῇ. Nam circumflexa in ης, vt multis placet, formant genitiuum ablato σ.

Contractio secundæ simplicium fit in ᾶ & ῆ. In ᾶ dupliciter, primo ex άα, vt μνάα, *mina*, μνᾶ. Ἀθηνάα, *Minerua*, Ἀθηνᾶ. Ναυσικάα, *Nausicaa*, Ναυσικᾶ. Secundo ex εα, si ante ε præcedat vocalis aliqua, aut liquida ρ; vt ἐρεέα, *lanea*, ἐρεᾶ. ἀργυρέα, *argẽtea*, ἀργυρᾶ. πορφυρέα, *purpurea*, πορφυρᾶ.

Contractio in η itidem fit dupliciter. Primo ex έα, si ante ε præcedat alia consonans quam ρ: vt γέα, γῆ, *terra*, χρυσέα, *aurea*, χρυσῆ. λεοντέα, *leonina*, nempe *pellis*, λεοντῆ. Secũdo ex όη, vt ἁπλόη, *simplex* vel *simpla*, ἁπλῆ, διπλόη, *duplex* vel *dupla*, διπλῆ & alia huiusmodi. contrahuntur autem in omnibus numeris & casibus.

Nomina in οος tertiæ declinationis per omnes casus & numeros cõtrahũtur: vt ὁ νόος, νοῦς, *mẽs*. τοῦ νόου, νοῦ. τῷ νόῳ, νῷ. τὸν νόον, νοῦν. ὦ νόε, νοῦ.

Dual. τὼ καὶ ὦ νόω, νώ. acuto accentu. τοῖν νόοιν, νοῖν.

Plur. οἱ καὶ ὦ νόοι, νοῖ. τῶν νόων, νῶν. τοῖς νόοις, νοῖς. τοὺς νόους, νοῦς.

Sic composita ἄνοος, ἄνους, *amens*. εὔνοος, εὔνους, *beneuolus*. ἀνόου, ἀνοῦ.

Eadẽ est ratio huius vocis ῥόος, *fluxus*, πλόος, *nauigatio*, χνόος, *lanugo*, χρόος, *cutis*, seu *corpus amictũ cute*, cum cõpositis καταῤῥόος, καταῤῥους,

defluxus, καλλίρροος, *pulchra fluenta habens*. ἔκπλοος, *enauigatio*, ἐπίπλοος, *nauigatio aduersus aliquem*. ἄχνοος, ἄχνους. *expers lanuginis*, ῥοδόχροος, *roseo colore infectus*. Quibus adde ἁπλόος, *simplex*, ἁπλοῦς, ἁπλόη, ἁπλῆ. ἁπλόον, ἁπλοῦν. τὰ ἁπλόα, ἁπλᾶ, sic διπλόος, *duplex*, διπλόη, διπλόον: τριπλόος, *triplex*, τετραπλόος, *quadruplex*. Et composita ex Ionico μνέα, pro μνᾶ, *mina*, δίμνους, τρίμνους, τετράμνους, *duarum*, *trium*, *quatuor minarum*.

Spectant etiam huc χρύσεος, ἀργύρεος, χάλκεος, *aureus*, *argẽteus*, *aereus*, χρυσοῦς, ἀργυροῦς, χαλκοῦς. σιδήρεος, σιδηροῦς, *ferreus*. φοινίκεος, φοινικοῦς, *puniceus*. ὑάλεως, ὑαλοῦς. *vitreus*, & alia multa in εος.

Fœm. χρυσέη, χρυσῆ, χρύσεον, χρυσοῦν. ἀργυρέα, ἀργυρᾶ, ἀργύρεον, ἀργυροῦν.

Excipe ὄγδοος, ὀγδόη, ὄγδοον. *octauus*. Nusquã enim contrahitur.

Σάος, *saluus*, *integer*, contrahitur contractione Attica in nominatiuo singulari, σάος, σῶς, & in accusatiuo plurali σάους, σῶς, & in neutro τὸ σάον, σῶν, *saluum*. In plurali τὰ σάα, σᾶ apud Suidam. Dicitur etiam pro σάος, σῶος, καὶ τὸ σῶον. In plurali σῶοι, per contractionem σοῖ, teste Suida. In accusatiuo plurali generis fœminini σῶς pro σώας, teste Thoma in Eclogis Atticis. At vero σόος, nõ cõtrahitur; nisi quis neutrũ illud τὰ σᾶ, & τὰς σῶς, hinc deducere velit, pro σόα & σόας.

Contrahuntur pręterea in tertia declinatione neutra in εον, idq; ad hunc modum.

Sing. τὸ & ὦ ὀστέον, ὀστοῦν; *os*, *ossis*. τοῦ ὀστέου, ὀστοῦ. τῷ ὀστέῳ, ὀστῷ.

Dual

Dual. τὼ καὶ ὣ ὀστέω ὀστώ. accentu acuto : τοῖν ὀστέοιν, ὀστοῖν. (ὀστέοις, ὀστοῖς.

Plur. τὰ καὶ ὦ ὀστέα, ὀστᾶ. τῶν ὀστέων, ὀστῶν. τοῖς

In quinta declinatione contrahuntur in nominatiuo & reliquis caſibus, ὁ πλακόεις, πλακοῦς, πλακοῦντος, *placenta*, ὁ σιμόεις, *Simois*, σιμοῦς, σιμοῦντος, ſic ἡ ὀποῦς, *Opus*. ἡ ἀμαθοῦς, *Amathus*. Item ὁ τιμῆς, τιμῆντος, à τιμήεις, *honoratus* & ſimilia.

Item participia præſentis temporis à verbis circumflexis, ποιέων, ποιῶν, ποιέον, ποιοῦν, *faciens*. His adde circūflexa in ηρ, τὸ ἔαρ, *ver*, ἦρ. τὸ στέαρ, στῆρ, *adeps*. τὸ κέαρ, κῆρ, *cor*, *animus*. Gen. ἔαρος, ἦρος, στέαρος, στῆρος, κέαρος, κῆρος, accentu circumflexo in penultima. Contrahitur etiam ὁ λᾶας, *lapis*, λᾶς, τοῦ λάαος, λᾶος, τῷ λάαϊ, λᾶϊ.

ANNOTATIO.

Legimus tamen στηρὸς, κηρός, acuto in vltima, & ſunt genitiui ab illis Rectis, κῆρ, στῆρ, horum enim regularis genitiuus eſt κηρός, ſicut huius θὴρ *fera*, θηρὸς, at ἡ κὴρ, τῆς κηρὸς *ſortem & fatum & mortem* ſignificans, nō eſt cōtractum, ſic λᾶς contractum declinatur etiam more non contractorum, τοῦ λαὸς, λαΐ, λᾶν.

Syncopen patiuntur nonnulla oxytona & barytona quintæ in pleriſq; obliquis: ὁ πατὴρ, *pater*, πατέρος, πατρὸς, πατρὶ, πατέρα tantum, nō πάτρα, ad differentiam Dorici nominis, πάτερα pro πάτρη, quod patriam ſignificat. Sic ἡ μήτηρ, μητέρος, μητρὸς, μητέρα. & ἡ γαστὴρ, *venter*, γαστέρος, γαστέρα, *tantum*, vt diſtinguantur à nomine ἡ μήτρα, μήτρας, *matrix*, & ἡ γάστρα (quod & γάστρη) *vas amplum & capax*.

Eodem modo ſyncopen ſubeunt, ὁ ἀνὴρ, *vir*,

 ἀνέ-

ἀνέρος, ἀνδρὸς. ἀνέρες, ἄνδρες. ἀνέρων, ἀνδρῶν. ὁ vel ἡ κύων, *canis*. κύονος, κυνός. κύονι, κυνί. ἡ θυγάτηρ, *filia*, θυγατέρος, θυγατρός. θυγατέρι, θυγατρί, θυγατέρα, θύγατρα, ὦ θύγατερ. Et ſic in aliis numeris.

ANNOTATIO.

Πατὴρ, γαστὴρ, μήτηρ, tantum habent ſyncopen in genitiuo & datiuo ſingulari, vt pleriq; recte volunt: licet, vt inquit Renatus Guillonius, ſint qui diſſentiant, aſſerẽtes, poſſe dici in duali, τὼ & ὦ πατέρε, πάτρε, πατέροιν, πατροῖν, & in plurali, πατέρες, πάτρες. In genitiuo & accuſatiuo πατέρων & πατέρας tantum ad differentiam genitiuorũ & accuſatiuorum nominis πάτρα, *patria*. Eademq; ratio eſt nominum μήτηρ & γαστήρ.

Neutra in υ per εος, contrahuntur in datiuo ſingulari; ἄστυ, *vrbs*, ἄστεος, ἄστεϊ, ἄστει, & in accuſatiuo plurali; ἄστεα, ἄστη, apud Iſocratem in Panegyr. & apud Euripidem in ſuppl.

Acuta in υς, εος, cõtrahuntur in datiuo ſingulari, nominatiuo, accuſatiuo, & vocatiuo, plurali maſculini generis, ὁ ἡδὺς, ἡδέος, ἡδέϊ, ἡδεῖ, ἡδέες καὶ ἡδέας, ἡδεῖς, *ſuauis*; ſic ὀξὺς, *acutus*, ὁ δριμὺς, *acerbus*, & ſimilia. Neutra horum non contrahuntur in plurali.

Nomina in υς, υος, contrahuntur in nominatiuo, accuſatiuo & vocatiuo plurali, ὁ βότρυς *racemus*, βότρυος, οἱ & ὦ βότρυες, βότρυας, βότρυς. craſi facta in υ, ſic στάχυς *ſpica*, νέκυς, *mortuus*. In iiſdem caſibus contrahitur βοῦς, οἱ καὶ ὦ βόες, τοὺς βόας, βοῦς, & Dorice βῶς. Item ναῦς, *nauis*, αἱ καὶ ὦ καὶ τὰς ναῦς, *naues*. ſic γραῦς, *anus, vetula*.

Comparatiua in ων contrahuntur in accuſatiuo ſingulari maſculini & fœminini generis,

& in

& in nominatiuo, accusatiuo & vocatiuo plurali, & in genere neutro plurali, ὁ καὶ ἡ μείζων, *maior*. τὸν καὶ τὴν μείζονα, μείζοα, μείζω. οἱ αἱ καὶ ὦ μείζονες, μείζοες, μείζους. τοὺς δὲ τὰς μείζονας, μείζοας, μείζους, καὶ τὰ μείζονα, μείζοα, μείζω. Aliquando truncantur per syncopen; ὁ χερείων, *deterior*. Dat. χερείονι, χέρει, & mutato ι in η, χέρηι. Iliad. 1. ἀνδρὶ χέρηι, *viro deteriori, inferiori*. Sic χέρηα pro χερείονα.

Cæterum nomina, quę in omnibus casibus contrahuntur, appellant Grammatici ὁλοπαθῆ, quæ vero tantum in quibusdam, ὀλιγοπαθῆ.

CAPVT VII.

DE HETEROCLITIS.

QVædã Heteroclita variant genere, quædam declinatione, quædam terminatione, quædam aliis modis.

Genere variant hæc: δεσμὸς, *vinculum*, ἐρετμὸς, *remus*, ζυγὸς, *iugum*, κύκλος, *circulus*, λύχνος, *lucerna*, μοχλὸς, *vectis*, νῶτος, *dorsum*, σταθμὸς, *statio*, τράχηλος, *collum*. In singulari enim masculina sunt; neutra in plurali, τὰ δεσμὰ, ἐρετμά.

ANNOTATIO.

Vsurpantur tamen in masculino quoq; genere. οἱ δεσμοὶ, ἐρετμοὶ, κύκλοι, λύχνοι, μοχλοὶ, τράχηλοι. Leguntur etiam apud Poetas μηρὰ pro μηροὶ, *humeri*, δόρπα pro δόρποι, *cœna*. Masculinis prædictis addendum est ὁ δίφρος, *currus, biga*, quamuis multi velint esse fœmininum.

Fœmininum κέλευθος, *via* & commune ὁ καὶ ἡ τάρταρος, neutra sunt in plurali, κέλευθα, τάρταρα. Inuenias etiam κελεύθους.

ἡ γυνὴ, ὁδὸς, πόλις, χεὶρ, *mulier, via, ciuitas, manus*; masculina sunt in nominatiuo, & accusatiuo dualis numeri, τὼ γυναῖκε, ὁδὼ, πόλιε, χεῖρε.

ANNOTATIO.

Idem in aliis quoq; accidit; legimus enim τὼ φύσει, τὼ ἡμέρα, τὼ τέχνα, imo Euripides in singulari τοῦ δόξης, & Synesius, τοῦ συμφορᾶς, & Sophocles τοῦ σάλπιγγος dixit. Quidam putant hæc & similia vocabula vere esse & manere generis fœminini; & tantum in articulo esse mutationem generis Atticos enim vsurpare articulum masculinum τὼ pro fœminino τά.

Heteroclita quæ declinatione variant, vel vnius sunt in nominatiuo terminationis vel diuersæ.

Vnius terminationis.

ὁ Δάρης, Δάρου, Δάρητος, *Dares*. ὁ λάχης, λάχου, λάχητος, *Laches*. ὁ θαλῆς, θαλοῦ, vel θάλης, θάλητος, *Thales*. sic ὁ χρέμης, *Chremes*, ὁ μύκης, *fungus*. ὁ Αρης, ἄρου, Ionice Αρεω, *Mars*. Αρης, ἄρητος. Αρης, ἄρεος, ἄρειος, ἄρους, ἄρεως. ὁ νοῦς, *mens*, τοῦ νοῦ, καὶ τοῦ νοὸς, νοΐ. ὁ δίπους, δίπου, δίποδος, *bipes*. τρίπους, τρίπου, τρίποδος, *tripes*. sic cætera à ποὺς composita, vt οἰδίπους, *Oedipus*. οἰδίπου, οἰδίποδος, dicitur etiam ὁ οἰδιπόδης. ὁ μίνως, *Minos*. τοῦ μίνω, μίνωος, ὁ γέλως, *risus*, γέλω, γέλωτος, ὁ πάρις, *Paris*, πάριδος, & πάριος. τὸ γάλα, *lac*, γάλακτος, ab inusitato γάλαξ.

ἡ γυνὴ, γυναικὸς, γυναικὶ, γυναῖκα, ὦ γύναι. Dat. Plur. γυναιξὶ ab inusitato γύναιξ, *mulier*.

Μέγας

Μέγας & πολὺς, *magnus & multus*, accipiunt suos obliquos per omnia genera, omnesque numeros ab inusitatis, μεγάλος, & πολλὸς, præter accusatiuum singularem masculinum, nominatiuumque & accusatiuum neutrum, ὁ μέγας, τοῦ μεγάλου, τῷ μεγάλῳ, τὸν μέγαν.

Fœm. ἡ μεγάλη, τῆς μεγάλης, τῇ μεγάλῃ, τὴν μεγάλην.

Neut. τὸ μέγα, τοῦ μεγάλου.

ὁ πολὺς, τοῦ πολλοῦ, τῷ πολλῷ, τὸν πολύν.

Fœm. ἡ πολλή, τῆς πολλῆς.

Neut. τὸ πολύ, τοῦ πολλοῦ. Vsurpant tamen Poetæ rectos, πολλὸς & πολλόν. iidem regulariter declinant ὁ πολὺς, τοῦ πολέος. Hinc accusatiuus τοὺς πολέας, *multos*.

Vnius terminationis.

ἡ χεὶρ, *manus*, χειρὸς, Poetice χερός. Vnde datiuus pluralis χερσὶ, & genitiuus dualis τοῖν χεροῖν.

ὁ ζεὺς, διὸς, διὶ, δία, ὦ ζεῦ, *Iupiter*. τὸ ὕδωρ, ὕδατος. *aqua*.

ὁ Ἀριστοφάνης, ἀριστοφάνεος, τὸν ἀριστοφάνην, οἱ ἀριστοφάναι, τοὺς ἀριστοφάνας. Nam quædam propria nomina primæ contractorum habent interdum casus parisyllabicos primæ simplicium, vt diximus capite quinto, quod etiam accidit com-

Vnius terminationis.
- compositis ab ἔτος, *annus*, ἑπταέτης, *septennis*. οἱ ἑπταέται, τοὺς ἑπταέτας. διέτης, *biennis*. τριέτης, *triennis*. ἑξέτης, *sexennis*; vel διετὴς, τριετής. Vtroq; enim modo à doctis scribitur.

ANNOTATIO.

Propter hanc diuersitatem Heteroclitorum sub vna terminatione nascitur etiam apud Latinos quædam diuersitas, dum Dares, Daris, Daretis, Darem, Daretem, seu Dareta, & ô Dares, vel Dare vsurpant. Sic Chremes, Chremæ, vel Chremis, Chremetis. Et idem iudicium esto de aliis his similibus.

Sic composita nonnulla à πoὺς, dupliciter declinant, Oedipus, Oedipi, vel Oedipodis, polypus, polypi, polypodis.

Heteroclita diuersæ terminationis hæc sunt.

ὁ
- Μωσῆς, τοῦ μωσοῦ, *Moyses*.
- μωϋσῆς, τοῦ μωϋσοῦ.
- μωσεὺς, τοῦ μωσέως.
- μωϋσεὺς, μωϋσέως.

τὸ
- γόνυ, γόνυος, *genu*, & metathesi, γουνός.
- γόνας, γόνατος.
- Δόρυ, *hasta*, δόρυος, metathesi, δουρός.

τὸ
- δόρας, δόρατος.
- δοῦρας, δούρατος.
- δόρος, δόρεος, δόρους.

ὁ
- λᾶας, *lapis*, λάαος, & crasi, λᾶος.
- λᾶος, τοῦ λάου, τὸν λᾶον.
- λάας, τοῦ λάα, τῷ λάᾳ, per primam simplicium.

τὸ λᾶος, τοῦ λάεος. ὁ λᾶϊς, λάϊος, ὁ λαὲς, τοῦ λαός.

ὁ υἱὸς,

ὁ { υἱὸς, τοῦ υἱοῦ, *filius.*
υἷις τοῦ υἷιος ὗος.
υἱεὺς, τοῦ υἱέως. }

ὁ { μάρτυρ, μάρτυρος, *Martyr, testis.*
μάρτυρος, μαρτύρου.
ψίθυρ, ψίθυρος, *susurro.* }

ὁ ψίθυρος, ψιθύρου, ſæpe enim à genitiuo imparisyllabo, formatur nominatiuus, qui declinetur parisyllabice: genere nõnũquã diuerſus; ἡ κάλυξ, κάλυκος, ἡ καλύκη, καλύκης, *calyx, flos roſæ nõ expanſus. folliculus.* ὁ χιτὼν, χιτῶνος, ἡ χιτώνη, *tunica.* τὸ δάκρυ, *lachryma,* τοῦ δάκρυος, τὸ δάκρυον.

Tribus caſibus flectitur, ἀλλήλων, ἀλλήλοις, ἀλλήλους. Fœm. ἀλλήλων, ἀλλήλαις, ἀλλήλας. Neut. ἀλλήλων, ἀλλήλοις, ἄλληλα. Exponitur per aduerbia, *inuicem, mutuo*; per nomina, *alter, alterum, alii, alios.*

Plurima alia apud Græcos ſunt, quæ cum idem ſignificent, duplicem tamen terminationem, & ſæpe duplex genus habent, ὁ θρῆνος, θρήνου, *luctus.* τὸ θρῆνος, θρήνεος, τὸ δῶμα, δώματος, ὁ δόμος, δόμου, *domus*: ἡ νείκη, ης. τὸ νεῖκος, εος, *rixa,* ὁ ἀσπασμὸς, καὶ τὸ ἄσπασμα, *ſalutatio.* Et alia huius notæ.

ANNOTATIO.

Ζεὺς, τοῦ διὸς, ſunt qui decem huius nominis nominatiuos adferant, ζεὺς, ζὴν, τοῦ ζηνὸς, ζὰν, τοῦ ζανὸς, ζὴς, ζὰς, δεὺς, βδεὺς, δὶς, à quo proprie διὸς, δὶν, δίαν.

DE LICENTIIS POETICIS CIRca mutationes declinationum.

Poetæ datiuum ſingularem ſecundæ declinationis ſimplicium, & datiuum ſingularem & pluralem tertię, &

accusatiuum singularem eiusdem per metaplasmum sæpe immutant, vt in subiectis exemplis cernere licet.

τῇ / τῷ	ὑσμῖνι	pro	ὑσμίνῃ,	ὑσμίνη, *bellum, pugna.*
	ἀλκὶ		ἀλκῇ,	ἀλκὴ, *robur.*
	κλαδὶ		κλάδῳ,	ὁ κλάδος, *ramus.*
τῷ	πολυπλάταγι	pro	πολυπλατάγῳ,	πολυπλάταγος, *multistrepus.*
	μελίκρατι		μελικράτῳ,	μελίκρατον, *mulsum.*
	τῇ παρθένι		παρθένῳ,	παρθένος, *virgo.*
	λιτὶ		λιτῷ,	λιτὸν, *pannus lineus.*
	τὸν ἰκτῖνα		ἰκτῖνον,	ἰκτῖνος, *miluus,* reperitur tamen, ὁ ἰκτὶν.
τοῖς	ἄστρασι	pro	ἄστροις,	ἄστρον, *sidus.*
	ἔγκασι		ἐγκάτοις,	ἔγκατον, *intestinum.*
	πρόβασι		προβάτοις	πρόβατον, *ouis.*
τοῖς	πετάλσι	pro	πετάλοις	πέταλον, *folium.*
	ἀνδραπόδεσσι		ἀνδραπόδοις,	ἀνδράποδον, *mancipium.*
	προσώπασι		προσώποις	πρόσωπον, *persona.*
	δένδρεσι		δένδροις,	δένδρον, *arbor.*
	κλάδεσι		κλάδοις	ὁ κλάδος, *ramus.*

Reperitur quoq; τὰ κρίνεα, *lilia,* à κρίνον, τὰ προσώπατα, τῶν προσωπάτων, *persona, facies,* à πρόσωπον, τῶν μηλάτων, pro μήλων, à μῆλον, *ouis, seu malum.*

Æoli pro datiuis quintæ, vsurpant datiuos tertiæ, τοῖς γερόντοις pro γέρουσι, *senibus,* τοῖς διλημμάτοις, παθημάτοις, pro διλήμμασι, παθήμασι. Quos Latini videntur imitari dum dicunt, Dilemmatis, Epigrammatis.

Quædam nomina nullam declinationem sequuntur, vt diminutiua circumflexa in ῦς, ὁ καμῦς, τοῦ καμῦ, τῷ καμῦ, τὸν καμυῦ, *Camylus.* ὁ διονῦς, *Bacchulus.* & Sacrosanctum nomen, ὁ Ἰησοῦς, τοῦ Ἰησοῦ, τῷ Ἰησοῦ, τὸν Ἰησοῦν, ὦ Ἰησοῦ. Et hæc de heteroclitis.

CAPVT

CAPVT VIII.
DE FORMATIONIBVS ADIECTIVORVM.

MAsculina in ος faciunt fœmininum in η, neutrum in ον, ὁ καλὸς, ἡ καλὴ, τὸ καλὸν, *pulcher, pulchra, pulchrum.*

Excipe finita in ος purum, aut ρος, hæc enim habent fœmininum in α, ὁ ἅγιος, *sanctus*, ἡ ἁγία, τὸ ἅγιον. ὁ ἀνθηρὸς, *floridus*, ἡ ἀνθηρὰ, τὸ ἀνθηρὸν. *præter* ὁ ὄγδοος, *octauus*. ἡ ὀγδόη, τὸ ὄγδοον. ὁ ἁπλόος, *simplex*, ἡ ἁπλόη, τὸ ἁπλόον, & reliqua à πλόος composita.

Excipe secundo, ἄλλος, ἄλλη, ἄλλο, *alius*, & alia nonnulla, quorum neutrum in ο exit, de quibus supra cap. 4.

ANNOTATIO.

Aliqui excipiunt etiam ὁ χρύσεος, *aureus*, ἡ χρυσέη, τὸ χρύσεον. ὁ χάλκεος, *æreus*, ἡ χαλκέη, τὸ χάλκεον. Verum alii recte volunt, non esse cōmunes terminationes, sed Ionicas; χρυσέα enim χαλκέα sunt communia fœminina; Illa vero χρυσῆ, *aurea*, ὑαλῆ, *vitrea*, χαλκῆ *ærea*, & similia regularia sunt à contractis χρυσοῦς, χαλκοῦς, ὑαλοῦς.

Apud Atticos nomina in ος, habentur cōmunia, maxime si sint composita, & deriuata, ὁ καὶ ἡ φιλόσοφος, *Philosophus*. πάμφιλος, *omnibus charus*, εὔπορος, *parabilis, diues*, ὁ καὶ ἡ κόσμιος, à κόσμος, *modestus, mundus*. ὁ καὶ ἡ φρόνιμος, *prudens*, χρήσιμος, *vtilis*, ἔνδοξος, *gloriosus*.

ANNOTATIO.

Poetæ plus sibi permittunt; prædictis enim non contenti pleraq; etiam simplicia vsurpant tãquam communia sub eadem terminatione, ὁ καὶ ἡ κλυτὸς, *illustris*, *inclytus & inclyta*: φαῦλος, *piger*, *nauci*, κοινὸς, *communis*, δυστηνότατος, *miserrimus*, *& miserrima*, apud Euripidem in suppl.

Quartæ declinationis commune ως, neutrũ habet ων, ὁ καὶ ἡ εὔγεως, τὸ εὔγεων, *fertilis*, *fertile*.

Nomina quintæ in ας, fœmininum habent in αινα, neutrum in αν, ὁ μέλας, μέλαινα, μέλαν, *niger*. τάλας, τάλαινα, τάλαν, *miser*.

Excipe cum compositis πᾶς, πᾶσα, πᾶν, *omnis*. Et participia in ας, τύψας, τύψασα, τύψαν. ἱστὰς, ἱστᾶσα, ἱστάν: μέγας, tertiæ simplicium, fœmininũ habet, μεγάλη, neutrum μέγα.

Nomina in ην, fœmininum εινα, neutrum εν. ὁ τέρην, ἡ τέρεινα, τὸ τέρεν, *tener*. Quamuis sub eadem terminatione, ὁ καὶ ἡ ἄρσην seu ἄῤῥην vsurpetur neutrum, τὸ ἄῤῥεν, sicut etiam ὁ καὶ ἡ τέρην.

Participia passiua & actiua in εις, fœmininum εισα, neutrum εν, τυφθεὶς, τυφθεῖσα, τυφθὲν, τυπεὶς, τυπεῖσα, τυπὲν. *verberatus*. τιθεὶς, τιθεῖσα, τιθὲν, θεὶς, θεῖσα, θὲν, *ponens*.

Commune in ης neutrum ες, ὁ καὶ ἡ ἀληθὴς, τὸ ἀληθὲς, *verus*.

Masculina εις, fœmininum εσσα, neutrum εν; χαρίεις, χαρίεσσα, χαρίεν, *gratiosus*. τιμήεις, τιμήεσσα, τιμῆεν, *honoratus*, *pretiosus*. Et per cõtractionẽ, τιμῆς, τιμῆσσα, τιμῆν, μελιτοῦς, μελιτοῦσσα, μελιτοῦν, *melleus*, pro μελιτόεις, μελιτόεσσα, μελιτόεν.

Exci-

Excipe εἷς, μία, ἕν, *vnus, vna, vnum.*

Commune ις, neutr. ι, ὁ καὶ ἡ φιλόπατρις, τὸ φιλόπατρι, *amans patriæ.* ὁ καὶ ἡ τὶς, τὶ, *quis, quæ, quod.*

Participia prӕteriti temporis actiua vel media in ως, fœmininum in υια, neutrum in ος, τετυφὼς, *qui verberauit,* τετυφυῖα, τετυφός. τετυπὼς, τετυπυῖα, τετυπός.

Masculina in υς fœmininum εια, neutrum υ, ὁ γλυκὺς, γλυκεῖα, γλυκὺ, *dulcis, & dulce.* ὀξὺς, ὀξεῖα, ὀξὺ, *acutus.* ἥμισυς, ἡμίσεια, ἥμισυ, *dimidius.*

Commune υς, neutrum υ, ὁ καὶ ἡ ἄδακρυς, *sine lachrymis,* τὸ ἄδακρυ.

Commune ων, neutrum ον, ὁ καὶ ἡ εὐδαίμων, *fœlix,* τὸ εὔδαιμον.

Sic cõparatiua ὁ καὶ ἡ μείζων, τὸ μεῖζον, *maior, maius.* ὁ καὶ ἡ καλλίων, καὶ τὸ κάλλιον, *pulchrior,* ἄκων tamen facit ἄκουσα, τὸ ἆκον, *inuitus, a, um,* sic ἑκὼν, *lubens,* ἑκοῦσα, ἑκόν.

Commune ους, neutrum ουν, ὁ καὶ ἡ πολύπους, τὸ πολύπουν, *multipes.* sic ὁ καὶ ἡ εὔνους, τὸ εὔνουν, *beneuolus.*

Commune ωρ, neutrum, ορ, ὁ καὶ ἡ ἀπάτωρ, *sine patre,* τὸ ἄπατορ, sed hoc neutrum rarum est. ὁ καὶ ἡ φιλόπαις, *amans liberorum,* & similia carent neutro.

Omnis generis sub vna terminatione dicitur esse, ὁ, ἡ, τὸ, μάκαρ, *beatus.*

Alij putant nulla huius generis reperiri. Apud Orpheum legitur fœmininum μάκαιρα.

CAPVT IX.
DE FORMATIONE SVBSTANTIVORVM.

A Substantiuis quibusdam masculinis formantur quædam substantiua fœminina, idq́; in pluribus declinationibus.

A nominibus primæ simplicium hæc & similia in ια, ὁ ψάλτης, *cantor*, ψάλτρια, *cantatrix*. ὁ ποιητὴς, ἡ ποιήτρια, *poetria*, vel ἡ ποιητὶς, ποιητίδος, *poetis*, *poetidos*. ὁ τυμπανιστὴς, *qui tympana pulsat*, ἡ τυμπανίστρια. αὐλητὴς, *tibicen*, ἡ αὐλήτρια, vel αὐλητρὶς, *tibicina*.

Vel in τις. ὁ προφήτης, *Propheta*, ἡ προφῆτις, ἴδος, *Prophetissa*, *Prophetis*. ὁ παράκοιτης, *maritus*, ἡ παράκοιτις, *vxor*. ὁ δεσπότης, *dominus*, ἡ δεσπότις, *domina*. ὁ μάντης, *vates*, ἡ μάντις, *vates, mulier*. ὁ σκύθης, ἡ σκυθὶς, *mulier ex Scythia*.

Vel in εια ὁ προφήτης, ἡ προφητεία, *prophetia*. λάτρης, *cultor*, *seruus*, λατρεία, *seruitus*, *cultus*. δεσπότης, *dominus*, δεσποτεία, *dominatio*.

Vel in αινα & οινα: ἰχθυοπώλης, *piscium vēditor*, ἰχθυοπώλαινα, *piscium venditrix*. δεσπότης, δέσποινα *herus*, *hera*.

A nominibus tertiæ simplicium fiũt hæc & similia in αινα, ὁ μάγειρος, *cocus*, μαγείραινα, *coqua*. ὁ σκόρπιος, ἡ σκορπίαινα, *scorpius*. θεὸς, *Deus*, θέαινα, *dea*. λύκος, λύκαινα, *lupus*, *lupa*: vel in α & η. θεὸς, *Deus*, θεὰ, *dea*. δοῦλος, *seruus*, δούλη, *serua*: vel in ις ἀμνὸς, *agnus*, ἀμνὶς, *agna*. κυνηγὸς, *venator*. κυνηγὶς, *venatrix*.

Vel

Vel in εια, ὁ δοῦλος, δουλεία, *seruus, seruitus.* ὁ μοιχὸς, μοιχεία, *adulter, adulterium.*

A nominibus quintæ declinationis hæc & alia huiusmodi, in αινα, ὁ τέκτων, τέκταινα, *fabricator, fabricatrix:* ὁ λέων, λέαινα, *leæna*, ὁ θεράπων, *famulus*, θεράπαινα, *famula*, vel θεραπαινίς. ὁ λάκων, ἡ λάκαινα, *Lacæna.*

Vel in σα, ὁ ἄναξ, *Rex*, ἄνασσα, *regina*, πένης, *pauper*, ἡ πένησσα, *pauper*. Et gentilia, ὁ θρᾷξ, ἡ θρᾷσσα, *Thrassa* vel *Thressa.* κρῆς, κρῆσσα, *Cretensis, Cressa.* λίβυς, λίβυσσα, *Libys, Libyssa.* φοίνιξ, φοίνισσα, *Phœnix, Phœnissa.*

Vel in ειρα, ὁ δοτὴρ, *dator*, ἡ δότειρα, *datrix*, quamuis etiam formari possit à δότης.

A nominibus tertiæ contractorum varia quoq; formãtur substãtiua: ὁ βασιλεὺς, *Rex*, βασίλισσα, βασίλιννα, βασίλεια, *regina*, & βασιλεία, *regnum:* ἱερεὺς, *sacerdos vir*, ἱέρεια, *sacerdos fœmina.*

Ab adiectiuis primæ declinationis cõtractæ fiunt vsitatissima substãtiua in εια, proparoxytona: ὁ & ἡ ἀληθὴς, ἀλήθεια, *veritas.* ὁ καὶ ἡ ἀσελγὴς, ἀσέλγεια, *impuritas.* ἀσεβὴς, ἀσέβεια, *impietas.* ἀμαθὴς, *indoctus*, ἀμάθεια, *inscitia* & ἀμαθία: sicut ab ἀτυχὴς, καὶ εὐτυχὴς, *infœlix, fœlix.* ἀτυχία, *infœlicitas.* εὐτυχία, *fœlicitas.*

Ab adiectiuis in ους, tertiæ, fiunt substantiua proparoxytona in οια. εὔνους, εὔνοια, *beneuolentia.* ἄνους, ἄνοια, *amentia.* διάνους, διάνοια, *mens.* διάρρους, διάρροια, *profluuium.*

DE FORMATIONE POSSESSIVORVM ET SIMILIVM nominum.

FOrmantur præterea adiectiua à substantiuis, quorum alia possessionem significant, alia materiam & similitudinem seu affectionem quandam, alia copiam; & hæc exeunt partim in κὸς acutum, ἄνθρωπος, ἀνθρωπικὸς, *humanus*. ὁ πλάτων, πλατωνικὸς, *Platonicus*. Ἀχαϊκός, *Achaicus*. ῥητορικός, *Rhetoricus*: partim in ειος, ἀνθρώπειος, Ἀχίλλειος, *Achilleus*. ἡσιόδειος, *Hesiodeus*: partim in εος ἑκτόρεος, *Hectoreus*. χρύσεως, ἀργύρεος, *aureus, argenteus*: partim in ινος, ὁ λίθος, *lapis*. λίθινος, *lapideus*, τὸ ξύλον, *lignum*. ξύλινος, *ligneus*. θάλασσα, *mare*. θαλάσσινος, *marinus*: partim in ωδης, λιθώδης, *lapideus*. Item in ῳος & μος, πατρῷος, *paternus*. νόμιμος, *æquus, iustus*.

Spectant huc etiam quæ denominatiua à Grammaticis appellantur, ὁ φίλος, *amicus*, à quo ὁ φίλων, *Philo*: φιλία, φιλότης, *amicitia*: σώφρων, *temperans*, à quo σωφροσύνη, *temperantia*.

Ab adiectiuis fiunt quoq; alia adiectiua, ἄπειρος, *immensus*, ἀπειρέσιος, vel ἀπειρέσιος.

A substantiuis vero substantiua, ὁ οἶκος, οἰκέτης, *seruus, domesticus*, δῆμος, *populus, tribus*, δημότης, *popularis, tribulis*.

Nomina quæ gentem, nationem, patriamue significant, formantur partim substantiua à substantiuis: σπάρτη, *Sparta*, σπαρτιάτης, *Spartiata*. ἤπειρος, *Epirus*, ἠπειρώτης, *Epirota*, Σαμάρεια, *Sama-*

Samaria, Σαμαρείτης, *Samaritan⁹*. Νεάπολις, *Neapolis*, Νεαπολίτης, *Neapolitanus*: partim vero adiectiua à substantiuis ῥώμη, *Roma*. ῥωμαῖος, *Romanus*, Ἀθῆναι, *Athenæ*, Ἀθηναῖος, *Athenienſis*.

DE DIMINVTIVIS.

FOrmantur ab appellatiuis, variaſq; habent terminationes, ων, αξ, ᾶς, σκος, λος, ῦς. βάκχων, *Bacchulus*, μωρίων, *ſtultulus*, ῥόδαξ, *Rhodiolus*. ὁ λίθαξ, *lapillus*. ζηνᾶς, à ζηνόδωρος, *Zenodorul⁹*. νεανίσκος, *adoleſcentulus*, ναυτίλος, *nautila*, διονῦς, *Dionyſulus*.

Fœminina deſinunt in ων, ις, σκη, vel generalius, ἡ ὕψων, ab ὑψιπύλη, *Hypſipylula*, ἡ κρηνὶς, *fonticulus*, παιδίσκη, *puellula*, πολίχνη, *ciuitatella*.

Formatio in ιον neutrorum eſt, & vſitatiſſima τὸ κόριον, κορίδιον, κορίσκιον, & κοράσιον, *puellula*. ἀνθρώπιον, ἀνθρωπάριον, *homuncio*, *homulus*. γνωμίδιον, *ſententiola*, πολίχνιον, *paruula ciuitas*. χιτώνιον, χιτωνάριον χιτωνισκάριον, *tunicella*. Et ſic de cæteris: à multis enim non vnum duntaxat oritur diminutiuum, ſed plura, tria ſcilicet, aut etiam quatuor: ὁ ἄνθρωπος, *homo*: ἀνθρώπιον, ἀνθρωπάριον, ἀνθρωπίσκος, *homulus*, *homuncio*, *homunculus*, ſic à κόρη, præter quatuor paulo ante dicta, fit etiam κορίσκη, & à χιτὼν, χιτωνίσκος.

ANNOTATIO.

Circa has nominum formationes obſerua nõ quoduis à quouis deduci, ſed videndũ eſſe, quid vſus ferat; dari tamen ſubinde noua quoq; fingendi licentiã, ſed pru-

denter ſumptam. Diligenter porro addiſcendæ ſunt iſtæ nominum deriuationes, vt vno vocabulo in plura diducto, copiam Græcanicarum vocum nobis paremus. Et quamuis alii nonnulli multo plures diminutorum ſpecies adferant, iſtæ tamen iuuentuti ſufficient. De verbalibus agemus ſuo loco, & de patronymicis lib. 3.

Capvt X.

De Gradibvs Comparationis.

Comparatio duplex eſt, regularis & irregularis. Regularis habet has in poſitiuo terminationes, ας, ης, υς, εις, ος, ους, ων.

Comparatiuus maſculinus in τερος, ſuperlatiuus in τατος; Fœmininus in τέρα & τάτη; Neuter in τερον & τατον exit, vt in ſequentibus exemplis apparet.

Μέλας, μελάντερος, μελάντατος, *niger.*

Μέλαινα, μελαντέρα, μελαντάτη, *nigra.*

Μέλαν, μελάντερον, μελάντατον, *nigrum.*

Eodem modo comparatur ὁ τάλας, *miſer.*

Αληθὴς, ἀληθέστερος, ἀληθέστατος, *verus.*

Εὐρὺς, εὐρύτερος, εὐρύτατος, *latus.*

Χαρίεις, χαριέστερος, χαριέστατος, *gratioſus.*

Σοφὸς, σοφώτερος, σοφώτατος, *ſapiens.*

Απλοῦς, ἁπλούστερος, ἁπλούστατος, *ſimplex.*

Εὐδαίμων, εὐδαιμονέστερος, εὐδαιμονέστατος, *fœlix.*

Plures adiectiuorum quæ regulariter comparantur, non ſunt terminationes. Nam μακαρτάτη, à μάκαρ, rarum & extraordinarium eſt.

ANNOTATIO.

Ex ος cum vocalis longa natura vel poſitione, aut diphthongus præcedit, fit οτερος, οτατος, per ὀ μικρὸν, ἔνδοξος, ἐνδοξότερος, ἐνδοξότατος, glorioſus, πρᾶος, πρᾳότερος, πρᾳότατος, mitis.

At ſi vocalis breuis præcedat, fit, ωτερος & ωτατος, per ω μέγα. σοφὸς, σοφώτερος, σοφώτατος ſapiens.

Excipe, κενὸς, κενότερος, κενότατος, vacuus. στενὸς, στενότερος, στενότατος, anguſtus. Reperitur tamen στενώτερον & κενώτερον.

Sunt & alia nonnulla quæ vtroq; modo ſcribuntur, cum ſcil. vocalis, quæ præcedit ος, anceps eſt, id eſt, modo breuis, modo longa in eadem dictione: ἴσος, ἰσότερος. vel ἰσώτερος, æqualis, ſic ἄνισος, inæqualis. ἱκανὸς, aptus, ſufficiens, ἱκανώτερος, & ἱκανότερος, quia horum vocalis, modo breuis eſt, modo longa, quod tamen non fit in omnibus.

Irregularis cõparatio illa dicitur, quæ non tantum in nominibus adiectiuis, ſed etiam in aliis fit modo non conſueto, & certa lege, cuiuſq; comparatiuus cum ſuperlatiuo ſæpe aliter quam in τερος & τατος exit. Exempla nominum adiectiuorum hæc ſunt.

Ἀγαθός, bonus. Comparat. ἀμείνων, ἀρείων, βελτίων, κρείττων, λωΐων, melior.

Superlat. ἄριστος, βέλτιστος, κράτιστος, λῷστος, & quandoq; ἀγαθώτατος, optimus.

Κακὸς, malus. Comparat. κακίων, χείρων, χερείων, peior. Superlat. κάκιστος, χείριστος, peſſimus. Inuenitur etiam κακώτερος. Fœm. κακὴ, κακίων, κακίστη. Neut. κακὸν, κάκιον, κάκιστον.

Μικρὸς, paruulus, ἐλάττων, ἥττων, μείων, minor &, quandoq; μικρότερος, μικρότατος, ἐλάχιστος, minimus.

Καλὸς, pulcher. καλλίων, κάλλιστος, pulcherrimus,

aliquando etiam καλλιώτερον, *pulchrius.*

Αἰσχρὸς, αἰσχίων, αἴσχιστος, *turpis.*

Ἐχθρὸς, ἐχθίων, ἔχθιστος, *inimicus.* Nonnunquam ἐχθρότερος, ἐχθρότατος.

Φίλος, φίλτερος, φίλτατος, *amicus.* Poetice, φίλιστος, pro φιλώτερος, φιλώτατος. Attice φιλαίτερος, φιλαίτατος, quæ terminatio in aliis quoq; vsitata est, vt ἴδιος, ἰδιαίτερος, ἰδιαίτατος, *proprius.* ἥσυχος, ἡσυχαίτερος, ἡσυχαίτατος, *quiet⁹.* Sic ἴσος, *æqualis,* μέσος, *medius,* πλησίος, *propinquus,* ὄψιος, *serus.*

Μέγας, μείζων, μέγιστος, *magnus.*

Πολὺς, πλείων, πλεῖστος, *multus.*

Ῥάδιος, ῥάων, ῥᾷστος, *facilis,* Ionice ῥηΐδιος:

Λάλος, λαλίστερος, λαλίστατος, *loquax.*

ANNOTATIO.

Attici multa alia per ιστερος & ιστατος comparant: λάγνος, λαγνίστερος, λαγνίστατος, libidinosus, ὀλίγος, ὀλιγίστερος, ὀλιγίστατος, & ὀλίγιστος, paucus, ἀλαζὼν, ἀλαζονίστερος, ἀλαζονίστατος, superbus.

Nonnulla etiam in εστερος & εστατος exeunt apud Atticos, pro τερος & τατος, ἄφθονος, ἀφθονέστερος, ἀφθονέστατος, *abundans,* ἄκρατος, ἀκρατέστερος, ἀκρατέστατος, *purus.* σπουδαῖος, σπουδαιέστερος, σπουδαιέστατος, *studiosus.*

Quædam in υς, oxytona, vt βαθὺς, *profund⁹,* βραδὺς, *tardus,* γλυκὺς, ἡδὺς, *dulcis, suauis,* παχὺς, *crassus,* ὠκὺς, *celer,* comparantur, per υτερος, & υτατος, & per ιων & ιστος. βαθὺς, *profundus,* βαθύτερος, βαθύτατος, vel βαθίων, βάθιστος. Fœm. βαθεῖα, βαθυτέρα, βαθυτάτη, vel βαθίων, βαθίστη. Neut. βαθὺ, βαθύτερον, βαθύτατον, vel βάθιον, βάθιστον.

Fiunt quoq; à comparatiuis & superlatiuis

alia comparatiua & superlatiua: χείρις⊙, *pessimus*, χείριςυτερ⊙. κύδιςος, *maximus*, *illustrissimus*, κυδίςατος. ἔσχατος, *vltimus*, ἐσχατώτατος. ἐλάχιςος, *minimus*, ἐλαχιςότερ⊙. λωΐων, λωΐτερ⊙, *melior*.

Πρότερ⊙, *prior*, προτεραίτερ⊙.

ῥάων, *facilior*, ῥαότερον, Ionice ῥηΐτερον.

Neq; tantum adiectiua, sed & substantiua comparantur, κέρδ⊙, κερδίων, κέρδιςος, *lucrum*, *lucrosior*, *lucrosissimus*.

ὁ κλέπτης, *fur*, κλεπτίςατος, *furacissimus*. ὁ βασιλεὺς, *Rex*, βασιλεύτερ⊙, *regalior*, βασιλεύτατος, *regalissimus*.

Secundo, verba: βάλλω, *mitto*, βέλτερ⊙, vel βελτίων, βέλτιςος, βέλτατος, *melior*, *optimus*.

Φέρω, *fero*, φέρτερ⊙, *præstantior*, φέρτατος, φέριςος, φέρτιςος, *præstantissimus*.

Tertio pronomina: αὐτὸς, αὐτότατος, *ipsissimus*.

Quarto, participia: ἐῤῥωμθύ⊙, *robustus*, ἐῤῥωμθυέστερ⊙, ἐῤῥωμθυέςατος, *robustissimus*.

Deducuntur etiam ab aduerbiis nomina comparatiua & superlatiua: ἄνω, *supra*, ἀνώτερος, *superior*, ἀνώτατος, *supremus*.

Κάτω, *infra*, κατώτερ⊙, *inferior*, κατώτατος, *infimus*.

ἐγγὺς, *prope*, ἐγγύτερ⊙, *propior*, ἐγγύτατος, vel ἐγγίων, ἔγγιςος, *proximus*.

Et à præpositionibus ὑπὲρ, *supra*, ὑπέρτερος, ὑπέρτατος, *supremus*.

Πρὸ, *ante*, πρότερ⊙, *prior*, πρότατος, πρῶτος, *primus*.

CAPVT XI.
DE NVMERALIBVS.

NVmeralium quædam ſunt cardinalia, quædam ordinaria.

Priori genere cenſentur εἷς, *vnus*, δύο vel δύω, *duo*, τρεῖς, *tres*, τέσσαρες, *quatuor*, quæ ſic inflectuntur.

Maſcul. εἷς, ἑνὸς, ἑνὶ, ἕνα, *vnus*.

Fœm. μία, μιᾶς, μιᾷ, μίαν, *vna*.

Neut. ἕν, ἑνὸς, ἑνὶ, ἕν, *vnum*.

Eodem modo declinantur compoſita ab εἷς, οὐδεὶς, καὶ μηδεὶς, *nemo*, *nullus*, μηδεμία, οὐδεμία, οὐδὲν, μηδέν.

ΔΥΟ.

Δύο, *duo*, dualis numeri, Attice δύω, genitiuo & datiuo δυοῖν & δυῷν, inuenitur etiam in plurali δυῶν & δυσὶ, Poetæ δοιὼ & δοιοὶ vſurpant.

Τρεῖς.

Plur. Gen. Com. τρεῖς, τριῶν, τρισὶ, τρεῖς, *tres*.

Neut. τρία, τριῶν, τρισὶ, τρία, *tria*.

Τέσσαρες.

Plur. οἱ, αἱ, τέσσαρες, *quatuor*. Neut. τὰ τέσσαρα, τῶν τεσσάρων. τοῖς τέσσαρσι. τὰς τέσσαρας. Ionice τέσσερες. Dorice τέτορες. Poetice πίσυρες.

A quatuor vſq; ad centum non declinātur numeralia, niſi conſtēt particulis declinabilibus, πέντε, ἕξ, ἑπτὰ, ὀκτὼ, ἐννέα, δέκα, *decem*, ἕνδεκα, δώδεκα, δεκατρία, δεκατέσσαρα, δεκαπέντε, εἴκοσι, *viginti*. εἰκοσιὲν, εἰκοσιδύο, &c. τριάκοντα, *triginta*, τεσσαράκοντα, *quadraginta*, πεντήκοντα, *quinquaginta*. ἑξήκοντα, *ſexaginta*, ἑβδομήκοντα, *ſeptuaginta*

ginta. ὀγδοήκοντα, *octoginta*, ἐννενήκοντα, *nonaginta*, ἑκατὸν, *centum.*

Quæ numerum centenariũ sequuntur, declinabilia sunt: οἱ διακόσιοι, αἱ διακόσιαι, τὰ διακόσια, *duceti.* τριακόσιοι, τετρακόσιοι, πεντακόσιοι, ἑξακόσιοι, ἑπτακόσιοι, ὀκτακόσιοι, ἐννεακόσιοι, χίλιοι *mille*, δισχίλιοι, *bis mille.* τρισχίλιοι, τετρακισχίλιοι, πεντακισχίλιοι, ἑξακισχίλιοι, ἑπτακισχίλιοι, ὀκτακισχίλιοι, ἐννεακισχίλιοι, μύριοι, *decies, mille*, δισμύριοι, τρισμύριοι; & sic deinceps.

Ordinaria illa sunt, quæ non absolute numerum, sed numerum cum ordine significant, & ad interrogationem πόστος, *quotus*, apte respondetur, πρῶτος, *primus*, δεύτερος, *secundus*, τρίτος, *tertius*, τέταρτος, *quartus*, πέμπτος, *quintus*, ἕκτος, *sextus*, ἕβδομος, *septimus*, ὄγδοος, *octauus*, ἔννατος, *nonus*, δέκατος, *decimus*, ἑνδέκατος, *vndecimus*, δυοκαιδέκατος, *duodecimus*, τρισκαιδέκατος, *decimus tertius*, τεσσαρεσκαιδέκατος, &c. εἰκοστὸς, *vigesimus*, εἰκοστὸς πρῶτος, εἰκοστὸς δεύτερος, &c. τριακοστὸς, τεσσαρακοστὸς, πεντηκοστὸς, ἑξηκοστὸς, ἑβδομηκοστὸς, ὀγδοηκοστὸς, ἐννενηκοστὸς, ἑκατοστὸς, *centesimus*, διακοσιοστὸς, τριακοσιοστὸς, &c. χιλιοστὸς, *millesimus.* δισχιλιοστὸς, μυριοστὸς, *decies millesimus*, δισμυριοστὸς, *vicies millesimus*, & sic deinceps. Ab his non multũ discrepant illa numeralia, quæ à nonnullis tẽporalia vel dialia appellantur, τριταῖος, τεταρταῖος, πεμπταῖος, ἑκταῖος, ἑβδομαῖος, quæ interdũ idem significant quod τρίτος, τέταρτος, interdum triduanum, quartanum; τριταῖος ἀφίκετο, tertianus, id est, tertio die venit,

τρι-

τριταῖος, πυρετός, tertiana febris. Et hæc apte redduntur ad interrogationem ποσταῖος, quoto die.

Deriuantur ex numeralibus alia quoque nomina in πλοῦς, πλάσιος, ας, διπλοῦς, τριπλοῦς, τετραπλοῦς, *duplex, triplex, quadruplex*, quæ respōdēt interrogationi ποσαπλοῦς, *quotuplex*. διπλάσιος, *duplus*, τριπλάσιος, *triplus*, τετραπλάσιος, *quadruplus*, & similia, quibus respondetur interrogationi ποσαπλάσιος, *quotuplus*.

Quæ in ας exeunt substantiua sunt abstracta, μονάς, μονάδος, δυάς, δυάδος, τριάς, τριάδος, *Trinitas*, τετράς, ἑβδομάς, ἐννεάς, δεκάς. & similia, χιλιάς, μυριάς. De notis Arithmeticis Græcorum dicemus in prosodia.

CAPVT XII.
DE PRONOMINE.

TRia sunt pronomina primitiua, ἐγώ, *ego*, σύ, *tu*, οὗ, *sui*.

PARADIGMA PRIMAE PERSONAE.

Sing. ἐγώ, *ego*, ἐμοῦ, *mei*, ἐμοί, *mihi*. ἐμέ, *me*. per aphæresin μοῦ, μοί, μέ.

Dual. νώ, *nos duo*. νῶν, *nostrum duorum, vel nobis duobus*.

Plur. ἡμεῖς, *nos*, ἡμῶν, *nostrum, vel nostri*, ἡμῖν, *nobis*, ἡμᾶς, *nos*.

DIALECTI HVIVS PRONOMINIS.

ATtice ἔγωγε, quod fit in omnibus casibus singularis numeri retracto accentu in antepenultimam, ἔμουγε. ἔμοιγε. Dorice, ἐγών, ἐγώνη, ἐγώθην, ἐγώνγα. Bœotice, ἰώγα & ἰώνγα

& ἰώνγα. Æolice, ἐγῶν. apud Poetas inuenitur etiam γῶ per aphæresin. Gε. Genitiuo Ionice ἐμέο & Poetice ἐμεῖο, & aphæresi μέο, μεῖο, ἐμεόθεν, μεόθεν. & ο sublato μέθεν. Dorice ἐμεῦ vel μεῦ. Datiuo Dorice ἐμὶν & μὶν & plenasmo syllabæ νη, ἐμοίνη, vt ἐγώνη.

Dual. Nom. & Accus. νῶϊ; *nos duo*, vel *nos duos*, Æol. & Dor. ἄμμε, quod Poetæ sæpe accipiunt pro accus. plurali ἡμᾶς. Gen. & Dat. νῶϊν. *Nostrum duorum*, vel *nobis duobus*. Poetæ metri gratia ν interdum abiiciunt, vt νῶϊ, sit Gen. & Dat. dualis. Plur. Nom. Ion. ἡμέες, *nos*. Poet. ἡμεῖες. Dor ἄμες vel ἄμμες. Æol. ἄμμες. Gen. ἡμέων, ἡμείων, & ἥμων, ἀμῶν, ἀμέων, ἀμμέων, vel ἄμμων. Dat. ἡμίν. acuta vltima, Ion. & Att. ἧμιν, ἀμὶν & ἀμῖν, ἄμμιν, seu ἄμμι Accus. ἡμέας, ἡμεῖας & ἥμας, retracto accentu, ἀμᾶς, ἄμμες.

PARADIGMA II. PERSONAE.

Sing. σὺ, *tu*, σοῦ, *tui*, σοὶ, *tibi*, σὲ, *te*.

Dual. σφὼ, *vos duo*. σφῷν, *vestrum duorum vel duobus vestrum*.

Plur. ὑμεῖς, *vos*, ὑμῶν, *vestrum*, *vel vestri*. ὑμῖν, *vobis*, ὑμᾶς, *vos*.

DIALECTI HVIVS PRONOMINIS.

DOres in omnibus casibus singularis numeri mutant σ in τ, τὺ, τεῦ, τοὶ, τέ. Item pro σὺ τύνη & τύγα.

Gen σέο, σεῖο, σέθεν, σεόθεν. Dor. σεῦ, τεῦ vel τεοῖο.

Dat. Dor. τοὶ, τὶν, τεΐν.

Accus. τὲ & τὺ.

Dual. σφῶϊ, vel ὔμμε, quod sæpe accipitur pro accusatiuo plurali ὑμᾶς, σφῶϊν.

Plur. ὑμέες, Ionice. Poetice, ὑμεῖες Dor. ὔμες, Æol. ὔμμες, & sic in cæteris casibus, ὑμέων, ὑμείων, ὔμμων.

Dat. ὑμὶν, Poetice. Æolice, ὔμμι, ὔμμιν. Acc. ὑμέας, ὑμεῖας, ὔμας, ὔμμας.

Additur quoq; omnibus casibus singularis numeri syllaba γε, σύγε, σοῦγε, σοίγε.

PARADIGMA TERTIAE PERSONAE.

Sing. οὗ, *sui*, οἷ, *sibi*. ἕ, *se*.

Dual.

Dual. σφὲ, σφὶν, *sui duorum, vel sibi duobus.*

Plur. σφεῖς, σφῶν, *sui*, σφίσι, *sibi*, σφᾶς, *se.*

ANNOTATIO.

Cum sui apud Latinos careat nominatiuo, non possunt σφὲ & σφεῖς proprie Latine reddi. Vsurpantur tamē à Græcis sæpe loco pronominis pluralis numeri *ipsi*; nam & reliqui casus huius pronominis adhiberi solent loco casuum pronominis αὐτός, *ipse.* Vtimur autem primitiuis pronominibus in duali proprie, cum de duobus sermo est, νὼ τυπτόμεθον, *nos duo verberamur.* σφὼ τύπτεσθον, *vos duo verberamini*, νῷν ἢ σφῷν δώσει ἄρτον, *nobis vel vobis duobus dabit panem*, σφὶν βούλεσθον δίδοσθαι ἐσθῆτα, *sibi duobus volunt dari vestem.* Et sic in cæteris; nam hæc exempli causa sufficit attulisse.

DIALECTI HVIVS PERSONAE.

HOc pronomen caret nominatiuo sicut apud Latinos sui, licet nonnulli pro recto adferant ὅς. Genitiuus easdem Dialectos admittit, quas alia Pronomina; ἕο, εἷο, ἕοθεν, ἕθεν, εὗ.

Dat. Poetice ἑοῖ seu ἑοῖ. Accus. ἓ & Poetice ἕθεν. Doric. μὶν seu νὶν, ab inusitato nominatiuo ἵ, præposito ν.

Dual. Poetice σφεὲ, item σφωὲ, seu σφῶε, & σφῶ, σφῶϊν, pro σφίν.

Plur. σφέες Ionic. Dor. σφὲς, σφέων, σφείων, σφέας, & per apocopen σφὲ & ψὲ, pro σφᾶς Dorice. Datiuo σφὶν, σφὶ & φὶν, pro σφίσι.

Est autem μὶν & νὶν, omnis numeri & generis, & non tantum significat *se*, sed etiam, *ipsum, ipsam, ipsum, ipsos, ipsas, ipsa.*

DE POSSESSIVIS PRONOMINIBVS.

Octo sunt possessiua, ἐμός, ἐμὴ, ἐμὸν, *meus, mea, meum:* σὸς, σὴ, σὸν, *tuus, tua, tuum:* ὅς, ἥ, ὅν, *suus.* νωΐτερος, νωϊτέρα, νωΐτερον, *noster, nostra, nostrum, de duobus:* σφωΐτερος, σφωϊτέρα, σφωΐτερον, *vester, vestra, vestrum, de duobus.* ἡμέτερος, *noster, de pluribus.* ὑμέτερος, *vester, de pluribus.* σφέτερος, *suus.* Ma-

sculina

sculina declinantur vt λόγος, fœminina vt τιμὴ vel ἡμέρα, neutra vt ξύλον.

Deriuãtur possessiua ἐμὸς, σὸς, ὅς, à tribus primitiuorum genitiuis, ἐμοῦ, σοῦ, οὗ: νωΐτερος vero & σφωΐτερος, à genitiuis dualibus νῶϊν & σφῶϊν. Reliqua tria ἡμέτερος, ὑμέτερος, σφέτερος, à genitiuo plurali ἡμῶν, ὑμῶν, σφῶν. Vsurpantur autem sæpissime primitiua pro possessiuis in omnibus numeris & generibus.

DIALECTI HORVM PRONOMINUM.

EAsdem Dialectos recipiunt, quas declinationes, quibus declinantur. Præterea Dores & Poetæ in possessiuo, σὸς mutant σ in τ, interposito ε, τεὸς, τεὰ, τεὸν, τεῶ, τεᾶς, τεῶ, sic pro ὅς, dicunt iidem, ἑὸς, ἑὴ, ἑὸν, ἑοῖο.

Æoles articulum cum pronomine ita coniungunt, vt ex vtroq; vnum fiat vocabulum ὁ σὸς, ὅσος; ἡ σὴ, ἥση, τὸ σὸν, τόσον.

Formant itidem Dores alia possessiua à pluralibus primitiuorum casibus Doricis: ἁμὸς, seu ἀμὸς, *meus*, ἁμὰ, ἁμὸν, ὑμὸς, ὑμὴ, seu ὑμὰ, ὑμὸν, *vester*, σφὸς, σφὴ, seu σφὰ, σφὸν, seu σφέος, σφέα, σφέον, *suus*, pro ἡμέτερος, ὑμέτερος, σφέτερος.

DE PRONOMINIBVS DEMONSTRATIUIS.

Demonstratiua duo sunt, οὗτος, *hic*, ἐκεῖνος, *ille*, & hocmodo inflectuntur.

Mascul. Sing. οὗτος, τούτου, τούτῳ, τοῦτον, ὦ οὗτος, *heus tu.*

Dual. τούτω, τούτοιν.

Plur. οὗτοι, τούτων, τούτοις, τούτους, ὦ οὗτοι, *heus vos.*

Fœm. Singul. αὕτη, ταύτης, ταύτῃ, ταύτην, ὦ αὕτη.

Dual. ταύτα, ταύταιν.

Plur. αὗται, τούτων, ταύταις, ταύτας, ὦ αὗται.

Neut. Sing. τοῦτο, τούτου, τούτῳ, τοῦτο, ὦ τοῦτο.

Dual. τούτω, τούτοιν.

Plur. ταῦτα, τούτων, τούτοις, ταῦτα, ὦ ταῦτα.

Masc. ἐκεῖνος, *ille*. Fœm. ἐκείνη. Neut. ἐκεῖνο, vt ὁ λόγος, ἡ τιμὴ, τὸ ξύλον.

DIALECTI.

Recipiunt inprimis hæc pronomina easdem Dialectos, quas tertia & secunda declinatio simplicium. Præterea Attici demonstratiuis adiiciunt iota, οὑτοσὶ, τουτουὶ, τουτῳὶ, τουτονί. In neutro τουτοὶ, & sæpius, τουτί. In plurali pro ταῦτα, ταυτί. sic ἐκεινοσὶ, ἐκεινουί. In fœminino αὑτηΐ, ταυτησί.

Id quod etiam in nonnullis fit nominibus τοιουτοσὶ, *talis*, τοσουτοσὶ, τηλικουτοσὶ, *tantus*, quæ tria ex τοῖος, τόσος, τηλίκος, & οὗτος, componuntur, vnde etiam eodem modo, quo οὗτος declinantur.

Iones ante vocales longas vltimæ syllabæ horũ pronominum interponunt ε, οὗτος, τουτέου, τουτέῳ. Duali τουτέω, τουτέοιν. Genitiuo plurali τουτέων, τουτέοις, τουτέους. sic αὐτέη, ταυτέης. sic αὐτὸς, αὐτέου, αὐτέῳ.

Pro ἐκεῖνος dicunt Poetæ & Æoles κεῖνος, κείνη, κεῖνο, & Dores τῆνος, τήνη, τῆνο, vel τῆνος sine iota.

Relatiuum pronomen vnum est, αὐτὸς, αὐτὴ, αὐτὸ, *ipse*.

Ab hoc tria nascuntur composita, ἐμαυτοῦ, *meiipsius*, σεαυτοῦ, *tuiipsius*, ἑαυτοῦ, *suiipsius*. Carent nominatiuo, & ita declinantur.

Mascul. Sing. ἐμαυτοῦ, *meiipsius*, ἐμαυτῷ, *mihiipsi*, ἐμαυτὸν, *meipsum*.

Fœm. ἐμαυτῆς, ἐμαυτῇ, ἐμαυτήν.

Neut.

Neut. ἐμαυτοῦ, ἐμαυτῷ, ἐμαυτό.

Secundæ personæ, σεαυτοῦ, σαυτοῦ, *tuiipsius*, σεαυτῷ, σαυτῷ, σεαυτὸν, σαυτόν.

Fœm. σεαυτῆς, σαυτῆς, σεαυτῇ, σαυτῇ, σεαυτὴν, σαυτήν.

Neut. σεαυτοῦ, σαυτοῦ, σεαυτῷ, σαυτῷ, σεαυτὸ, σαυτὸ.

Tertiæ personæ ἑαυτοῦ, αὑτοῦ, ἑαυτῷ, αὑτῷ, ἑαυτὸν, αὑτόν.

Fœm. ἑαυτῆς, αὑτῆς, ἑαυτῇ, αὑτῇ, ἑαυτὴν, αὑτήν.

Neutrum vt masculinum.

Plur. ἑαυτῶν & σφῶν αὐτῶν, ἑαυτοῖς & σφίσιν αὐτοῖς, ἑαυτοὺς, & σφᾶς αὐτούς.

Fœm. ἑαυτῶν, ἑαυταῖς, ἑαυτάς.

Neut. ἑαυτῶν, ἑαυτοῖς, ἑαυτά.

Duo priora carent plurali, hoc nequaquam, imo plurale ipsius in omnes personas conuenit, ἑαυτῶν *nostrum, vestrum, suiipsorum*, ἑαυτοὺς, *nos, vos, seipsos*, sic interdum singulariter ἑαυτοῦ, *tuiipsius*, ἑαυτὸν, *teipsum*.

DIALECTI HORVM PRONO-*minum*.

EÆdem Dialecti accidunt his, quæ pronomini αὐτὸς; Ionice ἐμαυτέου, ἐμαυτέω, & verso αυ in ωυ, quod Ionibus familiare est: ἐμωϋτέου, ἐμωϋτέῳ, σεωυτέου, σεωϋτέου, ἑωϋτέου. sicut ipsum simplex, αὐτὸς, ὡϋτὸς, τοῦ αὐτοῦ & per crasin, ταὐτοῦ, Ionice, τωϋτέου, Accusatiuo τὸ αὐτὸ, crasi ταὐτὸ & ταὐτὸν, idem.

Infinitum pronomen est, ὁ δεῖνα, *quidam*, cuius est hæc inflexio.

Mascul. ὁ δεῖνα, τοῦ δεῖνος, τῷ δεῖνι, τὸν δεῖνα.

Fœm. ἡ δεῖνα, τῆς δεῖνος, τῇ δεῖνι, τὴν δεῖνα.

Neut. τὸ δεῖνα, τοῦ δεῖνος, τῷ δεῖνι, τὸ δεῖνα.

Item hoc modo, ὁ δεῖνα, τοῦ δείνατος, τῷ δείνατι. ὁ δεῖνα, τοῦ δεῖνα. Et ὁ δεὶς, τοῦ δεῖνος, τῷ δεῖνι, τὸν δεῖνα, apud Poetas.

CAPVT XIII.

DE CONIVGATIONIBVS VERBORVM BARYTONORVM.

VErba Barytona illa dicuntur, quæ grauem habent accentum in vltima syllaba præsentis temporis indicatiui modi, *τύπτω, verbero, λέγω, dico, παίζω, ludo.*

Nam in omni syllaba quæ non notatur accentu, intelligitur grauis, qui ob id accentus syllabicus vocari solet.

Sunt autem in vniuersum sex coniugationes verborum Barytonorum, distinctæ literis characteristicis, seu figuratiuis tanquam notis quibusdam: Vnde etiam quæ cuiusuis coniugationis characteristicæ sint, diligenter est attendendum, & hoc in præsenti, futuro, & præterito; ab his enim tribus temporibus reliqua fere omnia pendent, ac proinde ab illis non magno labore formari & deduci poterunt, non tantum in actiuo, sed etiam in passiuo & medio. Quod planum apertumq; fiet, cum infra singulorum temporum formationes explicabimus. Nūc quæ cuiusuis coniugationis characteristica sit, sequens tabula tibi subiicit.

CHARACTERISTICÆ PRIMÆ CONIVGATIONIS.

	Præs.		Fut.		Præt.
π	τέρπω		τέρψω		*τέτερφα, delecto.*
β	λείβω		λείψω		*λέλειφα, libo.*
φ	γράφω	ψω	γράψω	φα	*γέγραφα, scribo.*
πτ	τύπτω		τύψω		*τέτυφα, verbero.*

CHA-

CHARACTERISTICÆ SECVNDÆ CONIVGATIONIS.

γ	λέγω	ξω	λέξω	κα	λέλεχα, *dico.*
κ	πλέκω		πλέξω		πέπλεχα, *plecto.*
χ	τρέχω		τρέξω		τέτρεχα, *curro.*
κτ	τίκτω		τέξω		τέτεχα, *pario.*

CHARACTERISTICÆ TERTIÆ CONIVGATIONIS.

δ	ᾄδω	σω	ᾄσω	κα	ᾖκα, *cano.*
τ	ἀνύτω		ἀνύσω		ἤνυκα, *perficio.*
θ	πλήθω		πλήσω		πέπληκα, *impleo.*

CHARACTERISTICÆ QVARTÆ CONIVGATIONIS.

ζ	παίζω	ξω	παίξω	χα	πέπαιχα, *ludo.*
σσ	ὀρύσσω		ὀρύξω		ὤρυχα, *fodio.*
ζ	φράζω	σω	φράσω	κα	πέφρακα, *dico.*
σσ	πλάσσω		πλάσω		πέπλακα, *fingo.*

Quædam huius coniugationis habent duplex futurum in eadem significatione: vt ἁρπάζω, *rapio*, βαστάζω, *porto*, παίζω, *ludo*. Futurum ἁρπάσω & ἁρπάξω.

Attici pro gemino σσ vſurpant geminum ττ, ὀρύσσω, ὀρύττω, *fodio*.

CHARACTERISTICÆ QVINTÆ CONIVGATIONIS.

λ	ψάλλω		ψαλῶ		ἔψαλκα, cano, psallo.
μ	νέμω		νεμῶ		νενέμηκα, distribuo.
ν	φαίνω	ῶ	φανῶ	κα	πέφαγκα, ostendo.
ρ	σπείρω		σπερῶ		ἔσπαρκα, sero.
μν	τέμνω		τεμῶ		τετέμηκα, scindo.

CHARACTERISTICÆ SEXTÆ CONIVGATIONIS.

α	γελάω		γελάσω		γεγέλακα, rideo.
ε	τελέω		τελέσω		τετέλεκα, finio.
ι	τίω		τίσω		τέτικα, honoro.
ο	ὀμόω		ὀμόσω		ὤμοκα, iuro.
υ	δύω		δύσω		δέδυκα, ingredior.
ω	ῥώω		ῥώσω		ἔρρωκα, roboro.
αι	παίω	σω	παίσω	κα	πέπαικα, ferio.
αυ	ψαύω		ψαύσω		ἔψαυκα, tango.
ει	σείω		σείσω		σέσεικα, quatio.
ευ	ἱπ-πεύω		ἱππεύ-σω		ἵππευκα, equito.
οι	οἴω		οἴσω		ᾦκα, fero.
ου	κρούω		κρούσω		κέκρουκα, pulso.
υι	ὀπυίω		ὀπυίσω		ὤπυικα, uxorem habeo.

Sunt igitur primæ coniugationis characteristicæ, β, π, φ.

Secundæ, γ, κ, χ.

Tertiæ, δ, τ, θ.

Quartæ, ζ, duplex σσ aut ττ.

Quintæ, λ, μ, ν, ρ.

Sextæ omnes vocales, preter η, nisi in verbo

δήω,

δήω, *inuenio*, quod tamen fere futuri ſignificationem habet, & omnes diphthongi propriæ, & vna impropria υι.

Verba in ωω, Poetica tantummodo ſunt, facta à verbis in εω, αω, οω, πλώω, à πλέω, *nauigo*. ζώω à ζάω, *viuo*. ἡβώω ab ἡβάω, *pubeſco*. δώω à δόω, *do*. ὑπνώω ab ὑπνόω, *dormio*.

In terminationibus πτ, κτ, μν, prior conſonãs cenſetur characteriſtica.

Characteriſticæ futuri ſunt ψ, ξ, σ, λ, μ, ν, ρ. Liquidæ λ, μ, ν, ρ, dicuntur immutabiles, quod in futuro quintæ coniugationis æque maneant, vt in præſenti.

Circũflectitur aũt vltima quintæ & penultima corripitur: quod fit ſi aut abiiciatur altera immutabilis, vt ψάλλω, *cano*, ψαλῶ: aut altera vocalis ſubiunctiua, σπείρω, *ſero*, σπερῶ. φαίνω, *appareo*, φανῶ, aut ſi anceps præſentis, breuietur in futuro: κρίνω, κρινῶ, *iudico*.

ANNOTATIO.

Quod ſi quis quærat, quomodo penultima corripiatur, ſi in præſenti ſit η vel ω, dicendum eſt id nunquam accidere. Neq; enim alia eſt diphthongus in præſenti niſi αι & ει, neq; aliæ conſonantes quæ poſitionem efficiant, præter λλ & μν.

Illæ autem ἐλαύνω, *agito, pello*, βούλομαι, *volo*, & ſimilia, vltra imperfectum nõ coniugantur, ſed aliunde futurum & reliqua tempora mutuantur.

PARADIGMA VERBI ACTIVI primæ coniugationis.

Indicatiui Præſens.

Sing. τύπτω, τύπτεις, τύπτει, *verbero, as, at*.

Dual. τύπτετον, τύπτετον.

Plur. τύπτομεν, τύπτετε, τύπτουσι.

Numeri tres sunt, vt in nominibus.

Tres itidem personæ, τύπτω, *ego verbero*, τύπτεις, *tu verberas*, τύπτει, *ille verberat*.

Quando prima pluralis desinit in μεν, tunc dualis caret prima persona. Secunda & tertia persona dualis sunt similes terminatione, quã-do tertia pluralis exit in ι, & in passiua voce in αι, alioqui sunt dissimiles.

ANNOTATIO.

Quamuis sex dicantur esse Barytonorum coniugationes, differunt tamen solis characteristicis literis, & in terminationibus conueniunt; quod secus fit apud Latinos. Vnde qui verbum τύπτω, nouit inflectere, facile quoduis aliud Barytonorum inflectet. Quæ causa est, cur vnicum duntaxat paradigma præscribi soleat.

Imperfectum.

S. ἔτυπτον, ἔτυπτες, ἔτυπτε, *verberabam, as, at.*

D. ἐτύπτετον, ἐτυπτέτην, *verberabatis, ant,* duo.

P. ἐτύπτομεν, ἐτύπτετε, ἔτυπτον.

DE AVGMENTO VERBORVM.

AVgmentum duplex est, syllabicum & temporale, syllabicum conuenit verbis à consonante cœptis: hæc enim initio præteriti imperfecti assumunt ε, τύπτω, *verbero*, ἔτυπτον λέγω, ἔλεγον, *dico*, πλήθω, *impleo*, ἔπληθον, & quia necessario numerus syllabarum augetur additione literæ ε, ideo augmentum syllabicum appellatur.

Temporale augmentum conuenit illis verbis,

bis, quæ incipiunt à vocali aut diphthōgo mutabili. Nam vocalium & diphthongorum aliæ ſunt mutabiles, quod mutentur in præteritis, & aliis temporibus augmentum recipere ſolitis; aliæ ſunt immutabiles, quod non mutentur.

Cæterum quæ mutentur, & in quas; & quæ non mutentur, hæc tabula oſtendit.

- **Vocales**
  - **Mutabiles.** α, ε, ο in
    - η ἀνύω, ἤνυον, *perficio, bam,*
    - η, ἐλεύθω, ἤλευθον, *venio, bam.*
    - ω, ὀπάζω, ὤπαζον, *prabeo, bam.*
  - **Immutabiles.**
    - η, ἠχέω, ἤχεον, *ſono, ſonabam.*
    - ι, ἰξεύω, ἴξευον, *viſco aues capio.*
    - υ, ὑβρίζω, ὕβριζον, *iniuria afficio.*
    - ω, ὤθω, ὦθον, *impello.*
- **Diphthongi**
  - **Mutabiles.** αι, αυ, οι, ᾳ in
    - ῃ, αἴρω, ᾖρον, *tollo, bam.*
    - ηυ, αὐξάνω, ηὔξανον, *augeo, bam.*
    - ῳ, οἰκίζω, ᾤκιζον, *ædifico, bam.*
    - ῃ, ᾄδω, ᾖδον, *cano, bam.*
  - **Immutabiles.**
    - ει, εἰκάζω, εἴκαζον, *aſſimilo.*
    - ευ, εὐθύνω, εὔθυνον, *dirigo.*
    - ου, οὐτάζω, οὔταζον, *vulnero, bam.*

ANNOTATIO.

Augmentum temporale fit tantummodo ex vocali breui aut ancipiti, quæ tamen in præſenti ſit breuis. Nam ſi α longum ſit in præſenti, quomodo fiet ex eius mutatione augmentum, cum in præſenti duo tempora habuerit, vt ex proſodia conſtat, quæ docet omnem ſyllabam longam conſtare duobus temporibus? Nullum ergo ex eius mutatione exiſtit augmentum, niſi quis ſyllabæ longæ tria tempora dare velit. Idemq́; de diphthongis dicendum eſt. Cum enim οι aut αυ æque ſit diphthongus atq; ῳ aut ηυ, ſequitur æque eſſe duo tempora in præſenti; οἰκίζω & αὐλίζω, atq; in Imperfecto, ᾤκιζον, ηὔλιζον. Potius igitur mutatio quam augmentum temporale fuerit.

EXCEPTIONES A COMMVNI REGVLA DE AVGMENTO temporali.

QVatuor verba ſeruant in imperfecto, & reliquis temporibus α præſentis, ἄω, ἄον, *ſpiro*, ἀΐω, ἄϊον, *audio*, ἀηθέσσω, ἀήθεσσον, *inſuetus ſum*, ἀηδίζομαι, ἀηδιζόμην, *tædio afficior.*

In quibuſdam ε pro augmento aſſumit iota, ἔχω, εἶχον, *habeo.* ἔπω, εἶπον, *dico*, ἕλω, εἷλον, *capio.* Sic ἕλκω, ἑλκύω ſiue ἑλκύζω, *traho:* ἕρπω, ἑρπύζω, *ſerpo:* ἑστήκω, *ſto:* ἕπομαι, *ſequor:* ἐρέω, *dico:* ἑστιάω, *conuiuio excipio:* ἕζω, *ſedeo*, vel *ſedere facio:* ἐάω, *ſino:* ἕω, *induo:* ἐρύω, *traho:* ἔθω, *aſſueſco:* ἐθίζω, *aſſuefacio:* ἐργάζομαι, *operor:* & eadem eſt ratio compoſitorum ab his verbis, ſi quæ compoſita habent. At ἑορτάζω, *ferior*, ἑώρταζον, augetur in ſecunda ſyllabâ, & in prima per ει, εἰόρταζον.

ANNOTATIO.

ἔπω, εἶπον, augmentum hoc ſuum extra indicatiuum ſeruat: Hinc in Imperatiuo εἰπὲ, *dic.* Optatiuo, εἴποιμι.

ποιμι. Subiunctiuo, ἐὰν εἴπω. Infinitiuo, εἰπεῖν. Participio, εἰπών.

ἔθω pro εἶθα præterito medio facit εἴωθα, interposito ω. Sic in plusquamperfecto, εἰώθειν. Iones alia quoq; verba augent per ει, vt ἐρωτάω, εἰρώτων, pro ἠρώτων, *interrogo*. Dores autem prædicta verba augent mutatione literæ ε in η: ἔχω, ἦχον.

Ex diphthongis mutabilibus non mutatur semper οι in ῳ, vt videre est in his verbis, οἰόομαι, οἰώθην, *solus ago*: οἰμέω, vel οἰμάω, οἴμεον, *concito*: οἰνόω, *in vinum verto, inebrio*: οἰνίζω, *vinum oleo*: οἰνοποτάζω, *vinum poto*: οἰνίζομαι, *vinum emo*: οἰστρόω, seu οἰστρέω, *furo, æstro concitor*, οἰωνίζομαι, οἰωνοσκοπέω, οἰωνοπολέω, *auguror, augurium ex auibus capto*: οἰακίζω, οἰακονομέω, οἰακοστροφέω, *guberno, seu clauum moderor*: οἰδαίνω, *tumeo*: οἰκουρέω, *domum custodio*: οἰνοχοέω, *vinum infundo*: οἰμώζω, *ploro*: οἴμωζον & ᾤμωζον, vnde ᾤμωξα, *plorau*i.

ANNOTATIO.

Ex his satis apparet verba quæ οι non mutant in ῳ, esse ferme vel deriuata vel composita ab his vocabulis οἶος, *solus*, οἶνος, *vinum*, οἰωνὸς, *auis, augurium*, οἶκος, *domus*, οἴαξ, *temo, clauus nauis*.

Diphthongi ευ & ει communi quidem vsu immutabiles sunt: Attice tamen mutantur, illa quidem in ηυ, εὔχομαι, ηὐχόμην, *oro, orabam*, Hæc vero in η; εἰκάζω, *assimilo*: ἤκαζον; εἴκω, *cedo*. ἦκον. εἴδω, *scio*, Plusquamperfectum, εἰδήκειν, per syncopen, εἴδειν, & Attice, ᾔδειν, *sciueram*.

ου mutatur nonnunquam in ω, οὐτάζω, *vulnero* ὤταζον, *vulnerabam*.

Syllabicum augmentum vertitur apud Atticos in temporale, μέλλω, *futurus sum*, ἔμελλον.

 ἤμελ-

ἤμελλον, *futurus eram*, βούλομαι, *volo*, ἐβουλόμην, ἠβουλόμην, *volebam*: δύναμαι, *valeo*, *possum*, ἐδυνάμην, ἠδυνάμην.

Litera ρ duplicatur propter syllabicum augmentum, ῥίπτω, *proiicio*, ἔρριπτον, ἔρριφα, *proieci*.

ANNOTATIO.

Hoc tamen Poetæ versui seruientes non semper obseruant. Hinc ῥίπτω, ἔριπτον: ῥέζω, *ago*, *facio*, ῥέξω, ἔρεξα, & cum κατὰ, κατέρεξα.

Itidem Poetæ modo adhibent, modo omittunt augmentum temporale & syllabicum, prout carminis ratio exigere, & voluntas videtur ferre, imo longam vocalem aut diphthongum augmenti in duas vocales resoluunt, ἄγω, *duco*, ἦγον, ἔαγον.

DE AVGMENTO VERBORVM COMPOSITORVM.

Verba composita aut componũtur ex præpositione & verbo: aut ex nomine & verbo; aut ex pronomine & verbo: aut ex aduerbio & verbo.

Præpositiones in compositis præfixæ vocalibus abijciunt propriã vocalem vltimam, tam in præsenti, quam in imperfecto, perfecto, alijsq; temporibus, quæ augmentum recipiunt: παρακούω, *perperam audio*, *obaudio*, παρήκουον, παρήκουσα, παρήκουκα: μεταφέρω, *transfero*, μετέφερον, *transferebam*, μετήνεγκα, *transtuli*.

Excipe περὶ & πρὸ, quæ suam vocalem retinent, περιέχω, περιεῖχον, *contineo*, *complector*: προάγω, προῆγον, *produco*, *procedo*, quod interdum etiam fit in præpositione ἀμφὶ, ἀμφιέννυμι, *induo*, ἀμφιελίσσω, *circumuoluo*.

Præ-

Præpoſitio πρὸ ſæpe contrahitur: προὔδωκας, pro προέδωκας, *prodidiſti*. à προδίδωμι, *prodo*: προέχω, προὔχω, *præcedo*, *emineo*.

Quod ſi in compoſitione præpoſitionum cum verbo, verbum incipiat ab aſpirata litera, tunc præpoſitio mutabit ſuam tenuem in aſpiratam, καθάπτομαι, à κατὰ & ἅπτομαι, *attingo*, ἀφαιροῦμαι, ab ἀπὸ & αἱροῦμαι, *capio*, vel *eligo*.

ANNOTATIO.

Hoc tamen non eſt perpetuum. Nam apud Poetas legimus ἐπιέπομαι pro ἐφέπομαι, *ſequor*, ex ἐπὶ & ἕπομαι. Quod ipſum etiam Ionica dialectus in vſu habet.

Poetæ quoq; non raro ex præpoſitionibus κατὰ, ἀνὰ, παρὰ, auferunt literam α, quamuis conſonans ſequatur, παρμένω, *maneo*, pro παραμένω, ἀνστὰς, pro ἀναστὰς, *reſurgens*, κάτθεο, pro κατάθεο, ſeu κατάθου, à κατατίθημι *depono*.

Non ſolum autem intra & extra compoſitionem abiicitur nonnunquam vocalis præpoſitionis, ſed & conſonans immutatur, & ν quidem præpoſitionis ἀνὰ mutatur ante κ, & χ in γ, ante λ in λ, ante β, μ, π, φ, in μ, vt hæc exempla oſtendunt.

ἀγκαλέω	pro	ἀνακαλέω, *reuoco*.
ἀγκλίνας		ἀνακλίνας, *reclinans*.
ἀγχαλάω		ἀναχαλάω, *relaxo*.
ἀλλύω		ἀναλύω, *diſſoluo*.
ἄλλεγον		ἀνέλεγον, *collegi*.
ἀμβαίνειν		ἀναβαίνειν, *aſcendere*.
ἀμμέσον		ἀνὰ μέσον, *per medium*.
ἀμμίξας		ἀναμίξας, *miſcens*.
ἀμπαύομαι		ἀναπαύομαι, *quieſco*.
ἀμφέρω,		ἀναφέρω, *ſurſum fero*.

Iam vero τ præpoſitionis κατὰ, plurimis modis variari ſolet. Nam ante aſpiratas φ, χ, mutatur in earum tenues π, κ. Ante θ, & τ, ſeruatur ipſum τ. Ante alias conſonātes,

& ante

& ante immutabiles λ, μ, ν, ρ, mutatur in consonantem sequenti similem, quæ omnia in his exemplis vides.

κάββαλε		κατάβαλε, seu κατέβαλε, *deiecit.*
καδδῦσαι		καταδῦσαι, *demersisse*; à καταδύω.
καδδυνάμιν		κατὰ δύναμιν, *pro viribus.*
κακκείοντες		κατακείοντες, *dormituri.*
κάγχαρτος		κατάχαρτος, *lætabundus.*
καλλείπειν		καταλείπειν, *relinquere.*
καμμίξας		καταμίξας, *miscens.*
καννεύσας	pro	κατανεύσας, *annuens.*
καππυρίσασα		καταπυρίσασα, *incendens.*
κάππεσεν		κατέπεσεν, *cecidit.*
κάπφαγε		κατέφαγε, *comedit.*
καρρέζειν		καταρρέζειν, *peragere.*
κάσχεθε		κατάσχεθε, *continere.*
κάτθανε		κατέθανε, *mortuus est.*
καττύπτεσθαι		κατατύπτεσθαι, *vapulare.*

P in præpositione παρὰ, nunquam mutatur, πάρφασις, παράφασις, *deceptio, admonitio*, παρφέρομαι, παραφέρομαι, *transuersus agor.*

Litera ν præpositionis σὺν ante β, μ, π, φ, ψ, mutatur in μ; sed ante γ, κ, χ, in γ, ante ζ & σ abiicitur, ante λ & ρ mutatur in λ, & ρ, vt hæc exempla docent.

συμβαίνω,	*contingo, commeo.*
συμμανθάνω,	*condisco.*
συμπαίζω,	*colludo.*
σύμφημι,	*consentio, approbo,*
συμψαύω,	*contingo, attingo.*
συγχαίρω,	*gratulor.*
συγγράφω,	*conscribo.*
συγκάμνω,	*collaboro.*
συζάω,	à σὺν & ζάω, *conuiuo.*
συστέλλω,	*contraho.*
συλλέγω,	*colligo.*
συρρέω,	*confluo.*

Accidit interdum similis mutatio in præpositione ὑπὸ' ὑββάλλειν pro ὑποβάλλειν, *subiicere.*

Verba

Verba in quibus compositio non mutat significatum simplicis, augentur in principio: *καθίζω, sedeo, ἐκάθιζον. ἐνέπω, dico, ἤνεπον. καθεύδω, ἐκάθευδον.* Nam hęc composita idem significant quod simplicia, *ἵζω, ἕπω, εὕδω, dormio.*

Si vero significatio mutetur, augmentum erit in medio: *παραμένω, maneo, παρέμενον, παρακούω, obaudio, παρήκουον.*

ANNOTATIO.

Legitur tamen apud Platonem in Sympos. *καθηῦδον,* aucta vel potius mutata media syllaba. Augetur quoque in medio *διεγγυάομαι, διηγγυώμην,* licet idem significet quod simplex *ἐγγυάομαι, despondeo.* Augent itidem Poetæ nonnulla in principio, licet aliquid ad simplicis significationem addant: *βάλλω, mitto, iacio, ἀμφιβάλλω, dubito,* vel *conicio, ἠμφίβαλλον.*

Composita cum nominibus & pronominibus augentur initio, sicut & composita ex particula priuatiua *α, ὁμῶς,* vel *ὁμοῦ. φιλοσοφῶ, ἐφιλοσόφεον, philosophor. βιβλιοπωλέω, ἐβιβλιοπώλεον, libros vendo. αὐτομολέω, ηὐτομόλεον, sponte venio.* Sic *ναυμαχέω, pugnam naualem committo, λιθοβολέω, lapides iacio. χειραγωγέω, manu duco. ἀφρονέω, ἠφρόνεον, ἠφρόνουν, insipiens sum. ὁμολογέω, fateor, confiteor, ὁμοφρονέω, consentio. ἀτυχέω, infœlix sum. ἠτύχουν. ἀγνοέω, ἠγνόεον, ἠγνόουν, ignoro.*

Quædam composita ex præpositionibus, quorum simplicia aut in nullo, aut in raro vsu sunt, augentur initio: *ἀμφισβητῶ, dubito, hæreo, ἠμφισβήτουν: ἀντιβολῶ, supplico: ἠντιβόλουν: ἐμμελῶ, ἠμμέλουν, curo: ἀντιδικέω, contra aduersarium ago, ἠντιδίκεον, ἠντιδίκουν.*

Quædam

Quædam augentur in medio: ἀπολαύω, fruor; ἀπέλαυον, & ἀπήλαυον: ἐπιχειρῶ, conor, ἐπεχείρουν. ἐγχειρῶ, in manus trado, ἐνεχείρουν. προσκυνέω, adoro, προσεκύνουν: ἐγκωμιάζω, ἐνεκωμίαζον, laudo, celebro, προφητεύω, vaticinor, προεφήτευον.

Nonnulla augentur vtrinq;, ἐνοχλῶ, turbo. ἠνώχλουν. ἀνορθῶ, ἠνώρθουν, corrigo.

Composita cum particulis δυς & εὐ sequente vocale mutabili, augentur in medio: δυσαρεστέω, displiceo, morosus sum, δυσηρέστουν: εὐεργετέω, benefacio, εὐηργέτουν: δυσαπιστέω, diffido, δυσηπίστουν: εὐαγγελίζομαι, fausta nuncio, εὐηγγελιζόμην.

At si post δυς vel εὐ non sequatur vocalis aut diphthongus mutabilis, augmentum fiet initio, δυστυχέω, ἐδυστύχουν, infœlix sum: εὐτυχέω, εὐτύχουν. vel Attice ηὐτύχουν, fœlix sum: δυσχεραίνω, ægrefero, ἐδυσχέραινον, ægre ferebam.

DIALECTI IMPERFECTI.

IOnes formant tertiam singularem à persona secunda addita syllaba κε, ablatoq; augmento ἔτυπτες, verberabas, τύπτεσκε, verberabat. Quod etiam fit in Aoristo primo & secundo vocis actiuæ: ἔτυψας, verberasti, τύψασκε, verberauit, ἔτυπες, τύπεσκε. Porro in circumflexis & in verbis in μι, aliqua mutatione opus est. Nam ex diphthongo circumflexorum tollere oportet vocalem subiunctiuam, & in verbis in μι, mutanda est vocalis longa in suam breuem, ἐποίεις, faciebas, ποίεσκε, faciebat, ἐτίθης, ponebas, τίθεσκε, ponebat. Quæ omnia in subiectis exemplis videre licet.

Personæ secundæ communes.	Tertiæ personæ Ionicæ.
ἔτυπτες	τύπτεσκε.
ἐφίλεις	φίλεσκε.
ἐτίμας	τίμασκε.

ἐδή-

ἐδήλους	δήλεσκε.
ἐτίθης	τίθεσκε.
ἵστης	ἵσασκε.
ἐδίδως	δίδοσκε.
ἐδείκνυς	δείκνυσκε.
ἔτυψας	τύψασκε.
ἔτυπες	τύπεσκε.
ἔθης	θέσκε.
ἔστης	στάσκε.
ἔδως	δόσκε.
ἔδυς	δύσκε.

Poetæ vero à ſecunda perſona prædictorum temporũ totum ſingularem in σκον formant: ἔτυπτες, τύπτεσκον, τύπτεσκες, τύπτεσκε, & in tertia plurali τύπτεσκον, *verberabant*. In paſſiuo τυπτεσκόμην, τυπτέσκου, τυπτέσκετο. Sic in Aoriſto primo τύψασκον, *verberaui*, τύψασκες, τύψασκε. In Aor. ſecundo, τύπεσκον, τύπεσκες, τύπεσκε.

Præteritum perfectum.

Sing. τέτυφα, τέτυφας, τέτυφε, *verberaui.*
Dual. τετύφατον, τετύφατον, *verberaſtis duo.*
Plur. τετύφαμεν, τετύφατε, τετύφασι.

DE AVGMENTO PRÆTERITI.

SI verbum inchoetur à vocali, aut diphthongo, idem eſt initium perfecti & imperfecti, imo & pluſquamperfecti, omniumq́; Aoriſtorum cuiuſq; vocis, indicatiui modi, & deniq; paulo poſt futuri. ἀνύω, *perficio*, ἤνυον, ἤνυκα, ἠνύκειν; ᾄδω, *cano*, ᾖκα, ᾔκειν.

Idem fit in verbis inchoatis à duabus conſonantibus, quarum ſecunda non ſit liquida; vel à duplici, nimirum, ζ, ξ, ψ: σπείρω, *ſero*, ἔσπειρον, ἔσπαρκα, ζέω, *ferueo, bullio*, ἔζεον, ἔζεκα.

Nã ſi verbũ inchoetur ab vna conſonãte ſimplici, aut à muta & liquida, tũ in p̃terito iteratur prima cõſonãs p̃s ẽtis τύπτω, *verbero*, ἔτυπτον, τέτυφα, γράφω, *ſcribo*, ἔγραφον, γέγραφα.

Exceptis quibuſdam, quæ cum inchoentur

à mu-

à muta & liquida, modo tamen repetunt consonantem præſentis, modo non repetunt: βλακεύομαι, *torpeo*, βεβλάκευμαι & ἐβλάκευμαι: βλάπτω, *noceo*, βέβλαμμαι & ἔβλαμμαι, *damno affectus ſum*, διαγλύφω, *inſculpo*, διαγέγλυπται, & διέγλυπται: θλάω, *frango*. τέθλασμαι & ἔθλασμαι.

Verba inchoata à γν & γρη, non repetunt in præterito primam præſentis, licet inchoentur à muta & liquida: γνόω, γνώσω, ἔγνωκα, *noſco*, γνωρίζω, *notum facio*, ἐγνώριζον, ἐγνώρικα, γρηγορέω, *vigilo*, ἐγρηγόρηκα. Videtur hoc fieri cacophoniæ vitandæ gratia: durum enim eſſet γέγνωκα.

Verba quæ inchoantur à κτ, πτ, μν, repetunt primam præſentis ſecundum communem regulam ſyllabici augmenti ante mutam & liquidam. Nam licet κτ & aliæ non ſint mutæ & liquidæ, faciunt tamen apud Poëtas ſyllabam communem: κτάομαι, *poſsideo*, κέκτημαι; πτόω, pro quo vtimur, πίπτω, *cado*, πέπτωκα; μνάομαι, *reminiſcor*, μέμνημαι.

ANNOTATIO.

Inuenitur tamen à κτίζομαι, *condor*, *creor*, ἔκτισμαι, & à κτάομαι, ἔκτημαι: κτείνω, *occido*, facit ἔκτακα. Cæterum verba quædam habent in præterito augmentum temporale & ſyllabicum, παροινέω, *debacchor*, πεπαρῴνηται: διαιτέω, *arbiter ſum*, δεδιῃτημένος.

Verba

Verba quæ ab aſpirata inchoantur, repetunt in præterito perfecto tenuem eius: θύω, *ſacrifico*, ἔθυον, τέθυκα, χρίω, *vngo*, κέχρικα, *vnxi*.

DE AVGMENTO ATTICO.

Attici pro incrementis λε & με vſurpant diphthongum ει: λέγω, *dico*, λέξω, λέλεχα, εἴλεχα. λαμβάνω, λήψω, λέληφα, εἴληφα, *accipio*. μείρομαι, *ſortior, partior*, μέμαρμαι; Attice, εἵμαρμαι. Hinc εἱμαρμένη, *ſors, fatum*.

Verbis quibuſdam in præterito ω vel ῳ habentibus, præponunt Attici ε, manente ſpiritu præſentis. ὁράω, *video*, ὥρακα, ἑώρακα. ὤθομαι, *pellor*, ὦσμαι, ἔωσμαι. ὠνέομαι, *emo*, ὤνημαι, ἑώνημαι. οἴγω, *aperio*, ὦγα, ἔωγα. Idem fit in Impfecto ἑώρων, *videbam*, ἑωνούμην, *emebam*, & in Aoriſto primo, ὦξα, ἀνέῳξα, *apui*, ὠσάμην, ἐωσάμην, *impuli*.

Accidit hoc in aliis quoq; verbis, εἴκω, *aſsimilo*, Prętér. medio, οἶκα, ἔοικα, ἔπω, *dico*, Aoriſto primo, εἶπα, ἔειπα. ἧκα, *miſi*, ἕηκα.

Communi præterito verborum inchoatorum ab α breui, vel ε & ο præponũt Attici duas priores literas præſentis: ἐρίζω, *contẽdo*, ἤρικα, ἐρήρικα, ἐρήρισμαι; ἀγείρω, ἤγερκα, ἀγήγερκα, *cõgrego*. ὄλω, ὦλα, ὄλωλα, *perii*, præteritum medium.

Quod ſi præteritum exceſſerit numerum trium ſyllabarum, tunc corripitur tertia ſyllaba hoc modo:

η, ω	vertitur in	ε, ο
ει, α	abiiciunt	ε

 οι abii-

οι }
ου } abiiciunt ſubiunctiuam.

Breues & ancipites, itemq; longæ poſitione retinentur ſine vlla mutatione, quæ omnia in his exemplis apparent:

ἀλήθω, ἤληκα, molo, ἀλήλεκα.
ἐρωτάω, ἐρώτηκα, ἐρηρότηκα. interrogo.
ἀλείφω, ἤλειφα, ἀλήλιφα. vngo.
ἐλεύθω, ἤλευθα, ἐλήλυθα. venio.
ἑτοιμάζω, ἡτοίμακα, ἑτητοίμακα. præparo.
ἀκούω, ἤκουα, ἀκήκοα. audio.
ἀγείρω, ἤγερκα, ἀγήγερκα. congrego.

Excipitur ἐρείδω, *firmo*, ἤρεικα, ἐρήρεικα, ἐρήρειδα, ἐρήρεισμαι. vt differat ab ἐρήρεικα præterito verbi ἐρίζω. *contendo.*

Irregulare quoq; eſt ἔδω, *edo*, & ἄγω. *ago, duco.* quorum illud ἦκα, ἔδηκα, & interpoſito δο, ἐδήδοκα facit: Alterum ἦχα, ἄγηχα, & interiecto, ο, ἀγήοχα habet.

DE PENVLTIMA SYLLABA PRAEteriti perfecti.

Penultima perfecti, & futuri eadem eſt, τύψω, τέτυφα.

Excipe primo diſſyllaba quintæ cõiugationis, quæ ε futuri mutant in α; στέλλω, *mitto*, στελῶ, ἔσταλκα: σπείρω, *ſero*, σπερῶ, ἔσπαρκα.

Excipe ſecundo diſſyllaba vocali aut diphthongo mutabili conſtantia: ἄγω, *ago*, ἄξω, ἦχα. ᾄδω, *cano*, ᾄσω, ᾖκα.

Vocalem ε in penultima primæ & ſecundæ coniu-

coniugationis mutant Attici in ο: πέμπω, *mitto*. πέπεμφα, πέπομφα. βρέχω, βρέξω, βέβροχα. *rigo*.

λ & ρ characteristicæ quintæ coniugationis manent in præterito vt in futuro, ψάλλω, ψαλῶ, ἔψαλκα. *cano*: σπείρω, *sero*, σπερῶ, ἔσπαρκα.

μ seruatur quidem, sed asciscit sibi η euphoniæ gratia: δέμω, *ædifico*, δεμῶ, δεδέμηκα: νέμω, νεμῶ, νενέμηκα, *distribuo*. Sic βρέμω, τέμνω, *fremo*, *seco*, τετέμηκα, & syncope τέτμηκα. Sic δέδμηκα pro δεδέμηκα; κάμνω, *laboro*, καμῶ, κεκάμηκα, & κέκμηκα.

Additur quoq; in nonnullis ad literam ν vocalis η, μένω, μενῶ, *maneo*, μεμένηκα. Interdum conuertitur ν in γ φαίνω, *ostendo*, *appareo*, φανῶ, πέφαγκα; μολύνω, *maculo*, μολυνῶ, μεμόλυγκα.

Interdum omnino abiicitur, idq; in verbis dissyllabis in εινω, ινω & υνω: κτείνω, *occido*, κτενῶ, ἔκτακα; κρίνω, *iudico*, κρινῶ, κέκρικα; θύνω, θυνῶ, τέθυκα, *ruo*.

Tertia persona pluralis numeri præteriti perfecti Dorice desinit in αντι: τετύφαντι pro τετύφασι.

Præteritum plusquamperfectum.

S. ἐτετύφειν, ἐτετύφεις, ἐτετύφει, *verberaueram*.
D. ἐτετύφειτον, ἐτετυφείτην.
P. ἐτετύφειμεν, ἐτετύφειτε, ἐτετύφεισαν.

Formatur à perfecto, mutando α in ειν. Si perfectum incipiat à consonãte, tunc præponitur ε: τέτυφα, ἐτετύφειν. alias idem est vtriusq; prin-

cipium ἰδῦνκα, *perfeci*, ἰδύνκειν. Et hoc intelligẽdum eſt de verbis ſimplicibus. Nam ſi ſit compoſitum, tunc interiicitur ε inter prępoſitionẽ & verbum συντάττω, *conſtruo*, συντέταχα, συνετετάχειν. συμβάλλω, *confero, coniicio*, συμβέβληκα, συνεβεβλήκειν.

Interdũ idem habet augmentum cum præterito, τεθεμελίωτο à θεμελιόομαι, *fundor*. δεδύκει, pro ἐδεδύκει, à δύω *ingredior, ſubeo*; & hoc non tantum apud Atticos, ſed etiam apud Iones & Poëtas, δέδεκτο, pro ἐδέδεκτο, à δέχομαι, *capio, ſuſcipio*.

Prima vocalis præteritorum Attice reduplicatorum, accipit augmentũ in pluſquam perfecto: ἀκήκοα, ἠκηκόειν, præteritum medium, ab ἀκούω, *audio*. ὀρώρυχα, ὠρωρύχειν, ab ὀρύττω, *fodio*.

Excipe ἐλελήκειν, & ἐληλύθειν, *veneram*, ab ἐλήλυκα, & ἐλήλυθα.

Illa vero, ἔολπα, ἔοργα, ἔοικα, augentur in ſecunda ſyllaba. ἐώλπειν, *ſperaueram*; ἐώργειν, *feceram*: ἐώκειν, *ſimilis fueram, aſsimilaueram*.

ANNOTATIO.

Deriuantur hæc verba, primum quidẽ ab ἔλπω, quod eſt, *ſpero*, ſeu *in ſpem induco*, cuius præteritum mediũ eſt Attice, vel Ionice ἔολπα pro ἤλπα. Secundũ, à verbo, ῥέζω, *facio, patro*. præteritum medium eſt, ἔῤῥογα, ablatoque vno ρ, & facta metatheſi, ἔοργα pro ἔρογα. Alii tamẽ ſimplicius ab ἔργω, ſeu ἐέργω deducunt. Tertium fit ab εἴκω, *ſimilis ſum, aſſimilo*, cuius præteritum medium Atticum eſt, ἔοικα.

DIALECTI PLVSQVAMPERFECTI.

PRima & tertia perſona ſingularis Attice exit in η ſine ν, ἐτετύφη ἐγὼ, *verberaueram ego*, ἐτετύφη ἐκεῖνος, *verbera-*

berauerat ille. Hinc ἐκεχλήνη, Plusquamperfectum medium à χαίνω, *hic.* & ἤδη pro εἴδειν, *sciueram*, ab εἴδω, fitq; hoc imitatione Ionum, qui primam personam plusquãperfecti actiui, & medii per εα & tertiam per εε efferunt, ἤδεα, *sciueram*, ἤδεας, ἤδεε, quas Attici, & ipsi quoq; Iones, deinceps in η contrahunt.

Tertia pluralis Attice finitur in εσαν, ἐτετύφεσαν, *verberauerant*: ἐλελοίπεσαν, *dereliquerant*: ἤδεσαν, *sciuerant*, ἀκηκόεσαν, *audiuerant*.

Aoristus primus.

Sing. ἔτυψα, ἔτυψας, ἔτυψε, **verberaui.**
Dual. ἐτύψατον, ἐτυψάτην.
Plur. ἐτύψαμεν, ἐτύψατε, ἔτυψαν.

ANNOTATIO.

Dicimus Aoristus & Aoristum, illud subintelligẽdo χρόνος, hoc subintelligendo tempus, & nihil aliud significat ex vi nominis χρόνος ἀόριστος, quam tempus indefinitum. Respondent Aoristi præteritis Latinorum. Licet enim nonnulli tradant, incertam esse significationem, paulone ante res præterierit, an multo, id tamen vix obseruatur ab auctoribus, vt exemplis passim obuiis ostendi potest. Nam cum Isocrates principio Panegyrici: ait πολλάκις ἐθαύμασα τῶν τὰς πανηγύρεις συναγαγόντων, καὶ τοὺς γυμνικοὺς ἀγῶνας καταστησάντων, ὅτι τὰς μὲν τῶν σωμάτων εὐεξίας, οὕτω μεγάλων δωρεῶν ἠξίωσαν, quis hos & alios in eadem periodo sequentes Aoristos, non idem significare dicat, quod præteritum perfectum? & si quis omnes illos Aoristos in præteritum mutet, an aliam orationis significationem efficiet? Probabilius est quod alii dicunt, hæc tempora vocari Aorista seu indefinita, quod habeant significationem interdum quidem præteritam, aliquando futuram, nonnunquam præsentem. Præteritam, vt in exemplis allatis: præsentem præcipue in infinitiuo, vt apud Isocratem eodem loco, & millies alias: ἐπειδὴ δὲ οἱ λόγοι τοιαύτην ἔχουσι τὴν φύσιν, ὥσθ' οἷόν τ' εἶναι περὶ τῶν αὐτῶν πολ-

λαχῶς ἐξηγήσασθαι, καὶ τά τε μεγάλα, ταπεινὰ ποιῆσαι, καὶ τοῖς μικροῖς μέγεθος περιθεῖναι. Hic certe omnes Aoristi idē significant quod ἐξηγεῖσθαι, ποιεῖν, περιτιθέναι.

Eandem notionem habet interdum Aoristus in indicatiuo: Isocrates ad Demonic. κάλλος μὲν γὰρ ἢ χρόνος ἀνάλωσεν, ἢ νόσος ἐμάρανε: *Pulchritudinem quidem vel tempus absumit, vel morbus corrumpit*, pro ἀναλίσκει, & μαραίνει. Nisi quis dicat esse enallagen. In Imperatiuo & Subiunctiuo sæpe subit Aoristus vicem futuri, τύψον, *verberato tu vel verberabis*, τυψάτω, *verberato ille vel verberabit*. ἐὰν τύψω *si verberauero*, quamuis frequenter eiusdem prorsus sit significationis cum præsenti τύψον, *verbera*. ἐὰν τύψω, *si verberem*. Eadem quoq; vis & notio vsitatissima est Aoristis, quæ temporum modi potentialis, permissiui seu concessiui, vt infra docebimus, maxime cum particula ἄν. Itaq; non semper eodem modo Latine reddendus est Aoristus, sed videre oportet, quid tota periodi structura & sententiæ ratio requirat.

Idem augmentum habet vterq; Aoristus cum imperfecto: ἔτυπτον, ἔτυψα, ἔτυπον. ἀνύω, ἤνυον, ἤνυσα.

Characteristica Aoristi primi eadem est quæ futuri, à quo etiam formatur, conuerso ω in α, & præposito augmento, τύψω, ἔτυψα.

Excipe primo ἔπω, εἶπα, *dico*. ἐνέγκω, *fero*, ἤνεγκα. τίθημι, *pono*, ἔθηκα; δίδωμι, *do*, ἔδωκα; ἵημι, *mitto*, ἧκα.

Excipe secundo hæc verba, χέω, *fundo*, ἔχεα, vel ἔχευα; καίω, *vro*, vel κάω, ἔκηα. σεύω, *moueo*, ἔσευα. ἀλεύω, *vito*, ἤλευα; quæ in α purum exeūt, sublata futuri consonāte, χεύσω, καύσω, quamuis reperiatur quoq; Aoristus, ἔχευσα & ἔκαυσα.

Penultima Aoristi primi eadem est quæ fu-

turi,

turi, semperq́; natura aut positione longa, *πταίω, offendo, ἔπταισα; λέγω, ἔλεξα, dico.*

In tertia tamen coniugatione, itemq́; in quarta & sexta, modo breuis, modo longa est penultima: *φράζω, dico, loquor, φράσω, ἔφρασα; κυλίω, voluo, voluto, κυλίσω, ἐκύλισα; τελέω, τελέσω, ἐτέλεσα, finio: γελάω, γελάσω, ἐγέλασα, rideo: ἀνύτω, perficio, ἀνύσω, ἤνυσα.*

Poetæ carmini seruientes, sæpe geminant σ, ἐτέλεσσαν, ἐγέλασσαν.

In quinta coniugatione, quæ penultimam futuri breuem habet, sic producenda est eadẽ penultima in Aoristo.

A futuri mutatur in η, si in præsenti α simplex fuerit: ψάλλω, ψαλῶ, ἔψηλα.

Si in præsenti fuerit αι, tunc α futuri Attice mutatur in η: communiter vero retinetur: *μιαίνω, maculo, μιανῶ, ἐμίηνα.* Attice communiter ἐμίανα; *φαίνω, appareo, ostendo, φανῶ, ἔφηνα, ἔφανα.* Est aũt hic α lõgum, ꝙ in futuro fuerat breue.

Ex ε futuri facienda est diphthongus addito ι, *σπείρω, σπερῶ, ἔσπειρα, sero: στέλλω, mitto, στελῶ, ἔστειλα,* ι & υ in futuro breues, hic habentur longæ, *κρίνω, iudico, κρινῶ, ἔκρινα; ὀτρύνω, ὀτρυνῶ, ὤτρυνα, impello.*

Aoristus secundus.

Sing. ἔτυπον, ἔτυπες, ἔτυπε.
Dual. ἐτύπετον, ἐτυπέτην.
Plur. ἐτύπομεν, ἐτύπετε, ἔτυπον.

Fit hic Aoristus ab imperfecto, cuius etiam augmentum habet.

Tertia pluralis est æqualis primæ singulari.

Penultima breuis est, ac ferme vna ex ancipitibus, α, ι, υ.

η & ω pręsentis & imperfecti mutantur in α: λήβω, inusitatum, ἔληβον, Aoristo secundo, ἔλαβον, *accepi*. τρώγω, *comedo*, ἔτρωγον, ἔτραγον, *comedi*.

αι, αυ & ε abiiciunt subiunctiuam: καίω, *vro*, ἔκαον: παύω, *sedo*, ἔπαον. ἀκούω, *audio*, ἤκουον. ει, ευ, abiiciunt præpositiuam ε: λείπω, *relinquo*, ἔλιπον. φεύγω, *fugio*, ἔφυγον.

E quintæ coniugationis licet breue sit, mutatur tamen in α, σπείρω, ἔσπαρον, *sero*; δέρω, *excorio*, ἔδαρον: στέλλω, ἔσταλον, *mitto*; τέμνω, *scindo*, ἔταμον & ἔτεμον. Idipsum quoq; in aliarum coniugationum verbis contingit, præcipue si habēt liquidam vel ante vel post ε: τρέπω, *verto*, ἔτραπον: τρέφω, ἔτραφον, *nutrio*: κλέπτω, ἔκλαπον, *furor*.

Hæc tamen tria, λέγω, *dico*, φλέγω, *vro*, βλέπω, *video*, non mutant ε in α.

Trisyllabæ quintæ abiiciunt iota, ὀφείλω, *debeo*, ὤφελον, ἐγείρω, *excito*, ἤγερον. Si penultima p̄sentis & imperfecti lōga sit positione, abiicitur litera illa, quæ non est characteristica: κάμνω, *laboro*, ἔκαμον. τίκτω, *pario*, ἔτεκον, quasi à τέκω.

Penultimam in hoc Aoristo longam habent multa dissyllaba, eo quod in eandem syllabā cadat augmentum temporale, vel litera longa loco augmēti, ᾄδω, *cano*, ᾖδον. ἕλκω, *traho*, εἷλκον. ἕλω, *capio*, εἷλον. ἔπω, *dico*, εἶπον. ἔχω, *habeo*, εἶχον. ἥκω, *venio*, ἧκον. ἄγω, *duco*, ἦγον, & Attice ἤγαγον, εἴδω, *video*, εἶδον. Nā ἴδον Poeticū est, ἐλεύθω, ἤλθον,

θον, *venio*, per ſyncopen pro ἤλυθον.

Inuenitur etiam triſyllabi Aoriſti penultima longa: ἐνέγκω, ἤνεγκον, *fero*. πέρθω, *deuaſto*, ἔπραθον. δέρκω, ἔδρακον, *video*, & metatheſi, ἔπερθον, ἔδερκον.

Longam quoq; habent penultimam multa circumflexa primæ & ſecundæ coniugationis, ſiue duarũ ſiue plurium ſyllabarũ, σχέω, ἔσχον, *habui*; εὑρέω, εὗρον, *inuenio*; βλαστέω, ἔβλαστον, *germino*; δουπέω, *ſono*, ἔδουπον: ὀλισθέω, *cado*, ὤλισθον; σπάω, ἔσπον, *vello*, *traho*. Nihil enim in his mutatur propter Aoriſtum.

DE CHARACTERISTICA AORIſti ſecundi.

Characteriſtica eadem eſt huius Aoriſti præſentis; & imperfecti, loquendo de characteriſtica, quæ ſit conſonans, τύπτω, ἔτυπτον, ἔτυπον.

Excipitur primo, βλάπτω, *noceo*, ἔβλαβον. κρύπτω, *abſcondo*, ἔκρυβον. καλύπτω, *tego*, ἐκάλυβον. per β. & βάπτω, *tingo*, ἔβαφον. θάπτω, *ſepelio*, ἔταφον. σκάπτω, *fodio*, ἔσκαφον. ῥάπτω, *ſuo*, ἔῤῥαφον.

Excipiuntur ſecundo verba quartæ coniugationis, quorum futurum deſinit in ξω, habent enim characteriſticam γ: quorum vero futurum exit in σω, characteriſticam habent δ. ὀρύττω, *fodio*, ὀρύξω, ὤρυγον: φράζω, *loquor*, φράσω, ἔφραδον.

ANNOTATIO.

Deſinentia in ευω vel δυω fere carent Aoriſto ſecundo. Non enim dicimus à παιδεύω, ἐπαίδυον, *inſtituo*. Nec à βασιλεύω, *regno*, ἐβασίλυον, nec à κρούω, *pulſo*, ἔκροον. A verbo tamen ἀκούω vſurpatur ἤκοον, ſed magis apud Poetas,

 quam

quam apud Oratores, qui Aoristum primum ἤκουσα frequentant. Et quamuis in quarta coniugatione à quolibet verbo formari possint Aoristi secundi, non oēs tamē vsitati sunt. Quis enim audiuit vnquam ἐφρόντιδον, à φροντίζω, *curo*, aut ἐβάδιδον, à βαδίζω, *vado*, aut ἐφύλακον, à φυλάττω, *custodio, caueo*. idem autem significat Aoristus secundus, quod primus, neq; necessitatis, sed copiæ caussa inuentus & vsurpatus est à Græcis.

DIALECTI AORISTI secundi.

TErtiam personam pluralem faciunt Bœoti in imperfecto, & in vtroq; Aoristo parē syllabis, primæ pluralis numeri: ἐτύπτομεν, ἐτύπτοσαν; ἐτύψαμεν, ἐτύψασαν: ἐτύπομεν, ἐτύποσαν. Hinc illa εἴδοσαν, *sciuerunt*: ἤλθοσαν, *venerunt*: ἐμάθοσαν, *didicerunt*: pro εἶδον, ἦλθον, ἔμαθον.

Solent etiam Iones & Poetæ secundo Aoristo & hic & in aliis modis, sæpe præponere augmentum præteriti: κέκαδον pro ἔχαδεν, à verbo χάζω, *contineo*, mutatione τὸ χ in κ, hinc Aoristus secundus participii κεκαδὼν pro καδὼν, & medius κεκαδόμην, pro ἐκαδόμην; κεκάμω pro κάμω, Aoristus secundus subiunctiui, à κάμνω, τεταγὼν pro ταγὼν à themate τάζω, quod est, λαμβάνω, *accipio, apprehendo*, vt annotat Eustathius in illud Iliad. 1.

Ῥίψε ποδὸς τεταγὼν ἀπὸ βηλοῦ θεσπεσίοιο,

Deiecit me de cœlo pede apprehensum.

Similia multa exēpla passim occurrunt apud Poetas.

Futurum primum.

Sing. τύψω, τύψεις, τύψει, *verberabo*.

Dual. τύψετον, τύψετον.

Plur. τύψομεν, τύψετε, τύψουσι.

Fit à præsenti mutata characteristica præsentis in characteristicam futuri, λέγω, λέξω, *dico*; ᾄδω, ᾄσω. *cano*.

Penultima futuri eadem est cum præsenti, λέγω, λέξω.

Excipe verba quintæ coniugationis, quæ penultimam futuri corripiunt, abiiciendo vel posteriorem consonantem, vel vocalem subiunctiuam ex diphthongo, στέλλω, *mitto*, στελῶ: σπείρω, σπερῶ. *semino*.

Excipe secundo verba contracta, φιλέω, *amo*, φιλήσω: τιμάω, τιμήσω, *honoro*; δηλόω, *manifesto*, δηλώσω. Quamuis quædam conueniant cũ præsenti, πονέω, *laboro*, πονέσω: γελάω, γελάσω, *rideo*: ὀμόω, *iuro*, ὀμόσω.

Excipe tertio Barytona nonnulla, quæ futurum à circumflexis mutuantur: θέλω, *volo*, θελήσω: ὀφείλω, *debeo*, ὀφειλήσω: αὔξω, *augeo*, αὐξήσω; ἕψω, ἑψήσω. *coquo*, *concoquo*: ἀλέξω, *arceo*, ἀλεξήσω. Sic βούλομαι, *volo*, βουλήσομαι: οἴομαι, *puto*, οἰήσομαι. quasi à θελέω, ὀφειλέω, αὐξέω.

Excipe quarto πλέω, *nauigo*: ῥέω, *fluo*: πνέω, *spiro*: νέω, *annuo*: quorum futurum exit in εύσω: πλεύσω, ῥεύσω, πνεύσω, νεύσω & νήσω. Sic κλάω, *fleo*, κλαύσω: καίω, *vro*, vel κάω, καύσω.

Tria quoq; futura non retinent literam aut spiritum præsentis, τρέφω, *nutrio*, θρέψω. τρέχω, *curro*, θρέξω; ἔχω, ἕξω, *habeo*. ad differentiam aduerbii ἔξω, *extra*.

DE DIALECTIS FVTVRI.

Attici futurum polysyllabum quartæ coniugationis in ίσω circumflectunt, sublato σ: νομίζω, *puto*, νομίσω, νομιῶ: βαδίζομαι, *vado*, βαδίσομαι, βαδιοῦμαι. Hinc primum futurum medium horum verborum semper circumflectitur νομιοῦμαι.

Dorice verba quartę cõiugationis in ζω exeũt in σδω, κωμάσδω

κωμάσδω pro κωμάζω, *lasciuio.* συφρίσδω pro συφρίζω, *sibilo, fistula cano.*

Futurum in σω non tantum horum verborum, sed aliorum itidem mutant Dores in ξω, βαδίζω, βαδίσω, βαδιξῶ: κλείω, *claudo*, κλείσω, κλαξῶ & κλασῶ. Circumflectunt enim futurum primum Dores in omnib⁹ personis & numeris, τυψῶ, τυψεῖς, τυψεῖ, τυψεῖτον.

Æoles futurum quintæ coniugationis verborum in ρω efferunt per σω, ὄρω, *concito*, futurum, ὀρῶ, Æolice ὄρσω. σπείρω, *sero*, σπερῶ, σπέρσω.

In futuro sextæ coniugationis sæpe abiiciunt Poëtæ σ, δήω, δήεις, *inueniam*, δήομεν, *inueniemus*, pro δήσω, δήσεις, δήσομεν, à δήω, sic ἔδηα pro ἔδησα, *inueni.* Reperitur etiam κλείω, *laudabo*, pro κλείσω, & κέω seu κείω, *cubabo*, pro κέσω, à κέω, & κέων, pro κέσων, *cubiturus.*

Futurum secundum.

Sing. τυπῶ, τυπεῖς, τυπεῖ.
Dual. τυπεῖτον, τυπεῖτον.
Plur. τυποῦμεν, τυπεῖτε, τυποῦσι.

Idem significat quod futurum primũ, fitq; ab Aoristo secundo, mutato ον in ῶ circumflexum, augmentoq; abiecto.

IMPERATIVVS.

Præsens & imperfectum.

Sing. τύπτε, τυπτέτω, *verbera, verberet.*
Dual. τύπτετον, τυπτέτων.
Plur. τύπτετε, τυπτέτωσαν.

ANNOTATIO.

Et huius & reliquorum omnium modorum tempora formantur à temporibus indicatiui, exigua mutatione facta, vt quiuis per se deprehendere poterit, τύπτε à τύπτω: τέτυφε à τέτυφα, τύψον à τύψω.

Tertias plurales Imperatiui faciunt Attici similes ge-

nitiuo

nitiuo plurali participiorum eiusdem temporis, τυπτόντων pro τυπτέτωσαν: τυψάντων pro τυψάτωσαν: τετυφότων pro τετυφέτωσαν. Hinc historia illa apud Laertium in Socrate; Nam in iudicio Socratis aiunt, τὸν Πλάτωνα ἀναβῆναι ἐπὶ τὸ βῆμα καὶ εἰπεῖν, Νεώτατος ὤν, ὦ ἄνδρες Ἀθηναῖοι, τῶν ἐπὶ τὸ βῆμα ἀναβάντων, τοὺς δικαστὰς ἐκβοῆσαι καταβάντων, τουτέστι, κατάβηθι. *Descende.* Sunt qui putent subaudiri verbum ἔστωσαν hoc sensu, ἔστωσαν τῶν τυπτόντων vel τυψάντων, *sint ex verberantibus*, id est, τυπτέτωσαν, *verberent.*

Præteritum perfectum & plusquamperfectum.

Sing. τέτυφε, τετυφέτω, *verberaueris.*
Dual. τετύφετον, τετυφέτων.
Plur. τετύφετε, τετυφέτωσαν.

Aoristus primus.

Sing. τύψον, τυψάτω, *verberato tu vel verberabis.*
Dual. τύψατον, τυψάτων.
Plur. τύψατε, τυψάτωσαν.

Aoristus secundus.

Sing. τύπε, τυπέτω, *verberato tu vel verberabis.*
Dual. τύπετον, τυπέτων.
Plur. τύπετε, τυπέτωσαν.

Præteritum perfectum vbiq; seruat suum augmentum siue syllabicum siue temporale, Aoristi illud amittunt extra indicatiuum, excepto verbo εἶπον, de quo supra dictum est.

Aoristus secundus vltimam habet graue͂ τύπε, sed acuũtur, ἐλθέ, *veni*, εὑρέ, *inueni*: εἰπέ *dic.* sic Attice, λαβέ, *cape*, ἰδέ, *vide*: Cõmuniter, λάβε, ἴδε.

Imperatiuus caret vtroq; futuro, vt & subiunctiuus. Vtriusque vicem subeunt Aoristi,

qui tamen præsentis quoq; significationem & hic in subiunctiuo admittunt.

ANNOTATIO.

Imperatiuum apud Latinos carere præterito docte ostendit ex Varrone Emmanuel lib.1.suæ Grammat. vbi de prima verborum Coniugatione agit. Quærat aũt merito quis, cum Latini naturam & rationem imitati, præteritum ab Imperatiuo excluserint; (Nemo enim præteritum vel agendum vel cauendum imperat) cur Græci præteritum Imperatiuo tribuerint, non tantum in actiua, verum etiam in passiua voce. Respondeo huius rei eandem reddi posse causam, quam reddimus cum quæritur, cur Græci duplices Aoristos & duplex futurum habeant: Dicimus enim non diuersitatem significationis, sed copiam idem pluribus quoq; modis efferendi causam esse. Ita plane hic τέτυφε, & quodcunq; aliud præteritum actiuum imperatiui, idem omnino significat, quod vel præsens, vel futurum, τέτυφε, *verbera, vel verberato tu*. Neq; præteritam significationem feceris, licet τέτυφε, per verbum *verberaueris*, interpretere. Nã & hoc futurum est, non præteritum, quamuis cum respectu ad præteritum, sensus enim est, *verberaueris*, id est, fac vt futuro tempore verum sit dicere, te verberasse. De significatione præteriti perfecti passiui imperatiui modi, dicemus suo loco.

OPTATIVVS.

Præsens & imperfectum.

S. εἴθε τύπτοιμι, τύπτοις, τύπτοι, *vtinam verberarem.*
D. τύπτοιτον, τυπτοίτην, *vtinam verberaretis vos duo.*
P. τύπτοιμεν, τύπτοιτε, τύπτοιεν.

Perfectum & plusquamperfectum.

S. εἴθε τετύφοιμι, τετύφοις, τετύφοι, *vtinam verberauerim vel verberauissem.*

D. τε-

D. τετύφοιτον, τετυφοίτην.

P. τετύφοιμεν, τετύφοιτε, τετύφοιεν.

ANNOTATIO.

Præteritum perfectum & plusquamperfectum optatiui pleriq; coniungunt apud Latinos Græcorum imitatione: Noster tamen Emmanuel lib 1. Grammat. qua parte de prima coniugatione agit, recte disiūgit hæc duo tempora, vt perfectum sit; *vtinam amauerim*, plusquāperfectum, *vtinam amauissem*. Hinc cum eadem vox Græca τετύφοιμεν. vtrumq; tempus significet, per vtrumque Latine reddenda est.

Aoristus primus.

S. εἴθε τύψαιμι, τύψαις, τύψαι, *vtinā verberauerim.*

D. τύψαιτον, τυψαίτην.

P. τύψαιμεν, τύψαιτε τύψαιεν.

Aoristus secundus.

S. εἴθε τύποιμι, τύποις, τύποι, *vtinam verberauerim.*

D. τύποιτον, τυποίτην.

P. τύποιμεν, τύποιτε, τύποιεν.

Futurum primum.

S. εἴθε τύψοιμι, τύψοις, τύψοι, *vtinam verberem.*

D. τύψοιτον, τυψοίτην.

P. τύψοιμεν, τύψοιτε, τύψοιεν.

Futurum secundum.

S. εἴθε τυποῖμι, τυποῖς, τυποῖ.

D. τυποῖτον, τυποίτην.

P. τυποῖμεν, τυποῖτε, τυποῖεν.

Sicut Latini suo optatiuo aduerbium optādi *vtinam*, præponunt; sic & Græci suo aduerbium εἴθε.

In primo Aoristo penultima est αι. In reliquis tempo-

temporibus est οι. Futurum secūdum circumflectitur, vt à secundo Aoristo differat.

Aoristus AEolicus.

Sing. εἴθε τύψεια, τύψειας, τύψειε, *vtinam verberauerim.*
Dual. τυψείατον, τυψειάτην.
Plur. τυψείαμεν, τυψείατε, τύψειαν.

Vsitatissimus est hic Aoristus apud omnes scriptores tam Poëtas, quā Oratores, maxime in secunda & tertia singulari, & in tertia plurali.

CONIVNCTIVVS.

Præsens & imperfectum.

Sing. ἐὰν τύπτω, τύπτῃς, τύπτῃ, *si verberem.*
Dual. τύπτητον, τύπτητον.
Plur. τύπτωμεν, τύπτητε, τύπτωσι.

Inflexioni subiunctiuorum adhibent coniunctionem ἐάν.

Omnia tempora pluralis numeri pro ωσι faciunt Dorice ωντι, τύπτωντι, τετύφωντι.

Perfectum & plusquamperfectum.

Sing. ἐὰν τετύφω, τετύφῃς, τετύφῃ, *si verberauerim* vel *verberauissem.*
Dual. τετύφητον, τετύφητον.
Plur. τετύφωμεν, τετύφητε, τετύφωσι.

Aoristus primus.

Sing. ἐὰν τύψω, τύψῃς, τύψῃ, *si verberauero.*
Dual. τύψητον, τύψητον.
Plur. τύψωμεν, τύψητε, τύψωσι.

Aori-

Aoristus secundus.

Sing. ἐὰν τύπω, τύπῃς, τύπῃ.
Dual. τύπητον, τύπητον.
Plur. τύπωμεν, τύπητε, τύπωσι.

In secunda & tertia singulari omnium temporum est ῃ diphthongus impropria. In duali & plurali est tantum vocalis η.

INFINITIVVS.

Præsens & imperfectum, τύπτειν, *verberare.*
Perfectum & plusquamperfectum, τετυφέναι, *verberasse.*
Aoristus primus, τύψαι, *verberasse.*
Aoristus secundus, τυπεῖν, *idem.*
Futurum primum, τύψειν, *verberatum esse.*
Futurum secundum, τυπεῖν, *idem.*

ANNOTATIO.

Gerundiis & supinis carent Græci. Eorũ loco vtuntur verbis infinitiui modi, interdum cum præpositione & articulo, interdum sine his; πορεύομαι δειπνεῖν, πονεῖν, *vado cœnare, laborare,* seu *cœnatum, laboratũ:* πορεύομαι πρὸς τὸ δειπνεῖν, *eo cœnatum,* ἐν τῷ δειπνεῖν, *in cœnãdo* vel *inter cœnandum,* χρόνος τοῦ δειπνεῖν, *tempus cœnandi.* Cum ergo tot modis Latinorum Gerundia & supina exprimere possint Græci, non difficulter carent gerundiis & supinis.

DIALECTI INFINITIVI.

INfinitiui Dorice, τύπτεν, τύψεν, τυπέν. Dorice item & Æolice, τύπτην, τύψην, vel per η. Nam apud Theocritum legitur κοσμῆν, καθεύδῆν.

Æoles quoq; verba in αν vel ουν, per αις, & οις, efferunt, γελαῖς, *ridere,* pro γελᾶν; πεινᾶις, *esurire,* pro πεινᾶν; ὑψοῖς, *eleuare,* pro ὑψοῦν; ὀρθοῖς, *corrigere,* pro ὀρθοῦν. Iones Aoristo & futuro secundo in εῖν interserunt ε, τυπέειν pro τυπεῖν, βαλέειν pro βαλεῖν.

Ex infinitiuis in ειν, ουν, ναι desinentibus, formant Attici & Dores sequentes terminationes.

Communiter.	Attice. Dorice.	Ionice.
τύπτειν,	τυπτέμεναι,	τυπτέμεν.
τύψειν.	τυψέμεναι,	τυψέμεν.
τετυφέναι,	τετυφέμεναι,	τετυφέμεν.
τετυπέναι,	τετυπέμεναι,	τετυπέμεν.
τυπεῖν,	τυπέμεναι.	τυπέμεν.
τυφθῆναι,	τυφθήμεναι.	τυφθῆμεν.
τυπῆναι,	τυπήμεναι,	τυπῆμεν.
δηλοῦν,	δηλόμεναι,	δηλόμεν.
τιθέναι,	τιθέμεναι,	τιθέμεν.
θεῖναι,	θέμεναι.	θέμεν.
ἱστάναι,	ἱστάμεναι,	ἱστάμεν.
στῆναι,	στήμεναι,	στῆμεν.
διδόναι,	διδόμεναι,	διδόμεν.
δοῦναι,	δόμεναι.	δόμεν.
εἶναι,	ἔμεναι & ἔμμεναι	ἔμεν.

PARTICIPIVM.

Præsens & Imperfectum.

ὁ τύπτων, τοῦ τύπτοντος, *verberans.*
ἡ τύπτουσα, τῆς τυπτούσης.
τὸ τύπτον, τοῦ τύπτοντος.

Præteritum perfectum & plusquamperfectum.

ὁ τετυφώς, τοῦ τετυφότος, *qui verberauit vel verberauerat.*
ἡ τετυφῦα, τῆς τετυφύας.
τὸ τετυφὸς, τοῦ τετυφότος.

Aoristus primus.

ὁ τύψας, τοῦ τύψαντος, *qui verberauit.*
ἡ τύψασα, τῆς τυψάσης.

τὸ τύ-

τὸ τύψαν, τοῦ τύψαντος.

Aoristus secundus.

ὁ τυπὼν, τοῦ τυπόντος, *idem.*

ἡ τυποῦσα, τῆς τυπούσης.

τὸ τυπὸν, τοῦ τυπόντος.

Futurum primum.

ὁ τύψων, τοῦ τύψοντος, *verberaturus.*

ἡ τύψουσα, τῆς τυψούσης.

τὸ τύψον, τοῦ τύψοντος.

Futurum secundum.

ὁ τυπῶν, τοῦ τυποῦντος, *idem.*

ἡ τυποῦσα, τῆς τυπούσης.

τὸ τυποῦν, τοῦ τυποῦντος.

Aoristus secundus acuitur, τυπών, secundum futurum circumflectitur, τυπῶν.

Participia masculina & neutra pertinent ad quintam, fœminina ad secundã declinatiõnẽ simplicium.

QVOMODO PARTICIPIA ACTIVA *Latine sint reddenda.*

OMne tempus apud Græcos suum habet participiũ, non item apud Latinos. Hinc multa non nisi periphrasi adhibita, Latine exprimere possumus. Licet enim præsens & imperfectum ὁ τύπτων, recte interpretemur per præsens Latinum, *verberans*, quod itidem imperfecti significationem habet: & similiter futurum primum & secundum, per futurum Latinum, tamen præteritum & Aoristos necessario circumloqui debemus: ὁ τετυφὼς, ὁ τύψας, ὁ τυπὼς, *qui verberaui, vel qui verberasti, vel qui verberauit*, per omnes casus & personas, prout locus & sententiæ ratio exigit.

Interdum substituitur nomen, τετυφὼς, *percussor, ver-*

berator. Interdum & quidem frequenter & eleganter per participium passiuum vim Aoristi & præteriti exprimimus, τύψας λίθον εὗρον τὸ πῦρ, *percusso lapide inueni ignẽ*, vel *cum lapidem percussi*, vel *cum percussissem lapidem*, vel alio simili modo.

Quorundam significationem ad verbum reddimus per participia præterita verborum deponentium vel cõmunium, ὁ κλέψας, ὁ κεκλοφὼς, *furatus*: λαλήσας, λελαληκὼς, *locutus*, καταφιλήσας, *osculatus*.

Interpretantur nonnulli præteritum & Aoristos per præsens Latinum; hoc licet nonnunquã fieri possit, haud tamen semper est licitũ, cum vt sunt à præsenti distincta tempora, ita quoq; distinctas significationes habeant. Est autem participiorum creber vsus apud Græcos, & quod nos non nisi longis verborum ambagibus significamus, illud ipsi breuiter & eleganter per participium efferunt.

Dialectos porro easdem admittunt participia quas declinationes quibus declinantur. Et propterea Dores & Æoles pro τύψας, τύψαις, dicunt.

INDICATIVI VERBI PASSIVI præsens.

Sing. τύπτομαι, τύπτῃ, τύπτεται, *verberor*.
Dual. τυπτόμεθον, τύπτεσθον, τύπτεσθον.
Plur. τυπτόμεθα, τύπτεσθε, τύπτονται.

Secunda persona passiui præsentis & futuri desinit in ῃ, τύπτῃ, τυφθήσῃ, τυπήσῃ, τετύψῃ.

Excipe primo βούλομαι, βούλει, *volo*, οἴομαι, οἴει, *puto*, ὄψομαι, ὄψει, *videbo*, ab ὄπτομαι, quæ secundam personam in ει habent more Attico.

Excipe secundo verba nonnulla Barytona, quæ in præsenti vel futuro habẽt terminationẽ præteriti perfecti in σαι, καυχάομαι, καυχῶμαι, *glorior*, καυχάεσαι, καυχᾶσαι, pro καυχάῃ, καυχᾷ.

καυχᾷ. ὀδυνάομαι, ὀδυνάεσαι, ὀδυνᾶσαι, *cruciaris*, apud Æſchylum, & in futuro φάγομαι, φάγεσαι, *comedes*, pro φάγῃ.

DE DIALECTIS.

SEcunda perſona ſingularis Ionice exit in εαι, τύπτεαι, τυφθήσεαι, τυπήσεαι, τετύψεαι. formant enim Iones ſecundam perſonam a tertia ablato τ, τύπτεται, τύπτεαι, τυφθήσεται, τυφθήσεαι.

Prima pluralis Ionice finitur in μεσθα, τυπτόμεσθα, idque non tantum in prȩſenti, ſed in omnibus temporibus, in μεθα: Æolice in μεθε vel μεθεν, τυπτόμεθε vel τυπτόμεθεν.

Imperfectum.

Sing. ἐτυπτόμην, ἐτύπτου, ἐτύπτετο, *verberabar.*
Dual. ἐτυπτόμεθον, ἐτύπτεσθον, ἐτυπτέσθην.
Plur. ἐτυπτόμεθα, ἐτύπτεσθε, ἐτύπτοντο.

DIALECTI.

SEcunda perſona Ionice in εο deſinit, à tertia ἐτύπτετο, ablato τ, ἐτύπτεο.

Præteritum perfectum.

S. τέτυμμαι, τέτυψαι, τέτυπται, *verberatus ſum vel fui.*
D. τετύμμεθον, τέτυφθον, τέτυφθον.
P. τετύμμεθα, τέτυφθε, τετυμμένοι εἰσί.

Fit ab actiuo extrema ſyllaba aut litera in μαι conuerſa.

Secunda perſona exit in σαι, actu ſcilicet aut poteſtate. Actu, vt κέκριμαι, *iudicatus ſum*, κέκρισαι, *iudicatus es.*

Poteſtate & valore, vt τέτυψαι, λέλεξαι. Nam ψ & ξ valent etiam σ.

Excipitur præteritũ μέμνημαι, *memini*, quod

in secũda persona habet terminationem præsentis μέμνη. Licet etiam legatur μέμνησαι. Tertia persona exit in ται.

DE FORMATIONE PRAETERITI *primæ coniugationis.*

In prima coniugatione mutatur φα actiui in μμαι, τέτυφα, τέτυμμαι: γέγραφα, γέγραμμαι.

In secunda & tertia singulari est π tenuis actu vel potestate. Actu, τέτυπται; potestate, τέτυψαι. Nam ψ valet πσ.

Secunda & tertia dualis, & secunda pluralis, fiunt in omni coniugatione Barytona, à tertia singulari mutatis tenuibus in aspiratas, & αι in ον vel ε, τέτυπται, τέτυφθον, τέτυφθε.

Tertiam pluralem circumloquimur per participium præteriti, & verbum substantiuum εἰμί, quoties tertia singularis non desinit in ται purum, τέτυπται, τετυμμένοι εἰσί. Cum vero ται purum fuerit, tunc fit tertia pluralis sine circumlocutione interponendo ν ante ται, νενέμηται, νενέμηνται, *distributi sunt*: κέκριται, κέκρινται, *iudicati sunt.*

DIALECTI PRAETERITI.

Ex tertiis singularibus formant Iones tertias plurales, posito ante ται, vocali α, & præcedentem tenuem mutando in aspiratam.

τέτυπται,	τετύφαται,	*verberati sunt:*
λέλεκται,	λελέχαται,	*dicti sunt.*
τέτακται,	τετάχαται,	*ordinati sunt.*

In tercia & quarta cõiugatione mutatur σ in characteristicam præteriti medii, πέπλησαι à πλήθω, πεπλήθαται, imple-

impleti ſunt, πέφρασται à φράζω, πεφράδαται, *locuti ſunt*, ἦσται ab ᾄδω, ἤδαται, *cantati ſunt*.

In quinta coniugatione tantum interponitur α reliquis omnibus integris.

ἔψαλται,	ἐψάλαται,	*cantati ſunt*.
ἔσπαρται,	ἐσπάραται,	*ſati ſunt*.
ἔφθαρται,	ἐφθάραται à φθείρω,	*corrupti ſunt*.

In ſexta coniugatione ponitur α ante ται purum, & longa corripitur.

πεφίληται,	πεφιλέαται,	*amati ſunt*.
δεδήλωται,	δεδηλόαται,	*manifeſtati ſunt*.
τέθειται,	τεθέαται,	*poſiti ſunt*.

Si vero ſit anceps, hoc ipſo cenſebitur breuis.

εἴρυται,	εἰρύαται,	*tracti ſunt*.
κέκλιται,	κεκλίαται,	*reclinati ſunt*.

Quædam tamen vocalem longam vel diphthongum retinent δεδαίαται, *diuiſi ſunt*, βεβλήαται, *iacti ſunt*. Et in pluſquamperfecto, βεβλήατο; κεχολώατο, *irati ſunt*.

EXEMPLVM PRAETERITI PASſiui ſecundæ coniugationis.

Sing. λέλεγμαι, λέλεξαι, λέλεκται, *dictus ſum*.
Dual. λελέγμεθον, λέλεχθον, λέλεχθον.
Plur. λελέγμεθα, λέλεχθε, λελεγμένοι εἰσί.

Formatur à voce actiua mutando χα in γμαι, λέλεχα, λέλεγμαι.

Diſſyllaba primæ & ſecundæ coniugationis, quæ in Attico preterito mutant ε in ο, hic repetunt ſuum, ε, κλέπτω, *furor*, κέκλοφα, κέκλεμμαι, inuenitur etiam κέκλαμμαι, *furto ablatus ſum*.

Quæ ρε habent cum aliqua conſonante vertunt ε in α, στρέφω, *verto*, ἔστροφα, ἔστραμμαι, *verſus ſum*; τρέφω, τέτραμμαι, *nutritus ſum*, ſed βρέχω, *rigo*, βέβρεχα, βεβρεγμένος, *rigatus*.

EXEMPLVM TERTIAE CONIVgationis.

S. πέπεισμαι, πέπεισαι, πέπεισται, *persuasus sum.*
D. πεπείσμεθον, πέπεισθον, πέπεισθον.
P. πεπείσμεθα, πέπεισθε, πεπεισμένοι εἰσί.

Formatur à πείθω, πέπεικα, *persuadeo*, κα vertendo in μαι & interposito σ.

EXEMPLA QVARTAE CONIVgationis.

S. ὤρυγμαι, ὤρυξαι, ὤρυκται, *fossus sum.*
D. ὠρύγμεθον, ὤρυχθον, ὤρυχθον.
P. ὠρύγμεθα, ὤρυχθε, ὠρυγμένοι εἰσί.
S. πέφρασμαι, πέφρασαι, πέφρασται, *dictus sum.*
D. πεφράσμεθον, πέφρασθον, πέφρασθον.
P. πεφράσμεθα, πέφρασθε, πεφρασμένοι εἰσί.

Sicut in actiua voce quædam verba huius coniugationis ſequuntur ſecundam, quædam vero tertiam, ita etiam in voce paſſiua.

EXEMPLA QVINTAE CONIVgationis.

S. ἔψαλμαι, ἔψαλσαι, ἔψαλται, *cantatus sum.*
D. ἐψάλμεθον, ἔψαλθον, ἔψαλθον.
P. ἐψάλμεθα, ἔψαλθε, ἐψαλμένοι εἰσί.
S. ἐσπαρμαι, ἔσπαρσαι, ἔσπαρται, *satus sum*, à σπείρω.
D. ἐσπάρμεθον, ἔσπαρθον, ἔσπαρθον.
P. ἐσπάρμεθα, ἔσπαρθε, ἐσπαρμένοι εἰσί.

Vt in actiuo præterito, ita & hic ſeruantur immutabiles λ & ρ. Quę vero in actiuo η adſciſcunt ad ν, aut illud omnino abiiciunt, hic idem faciunt,

faciunt, vt in his exemplis vides.

S. νενέμημαι, νενέμησαι, νενέμηται, à νέμω, *distribuo.*
D. νενεμήμεθον, νενέμησθον, νενέμησθον.
P. νενεμήμεθα, νενέμησθε, νενέμηνται.

Sic τετέμημαι: à τέμνω, *seco*: βεβρέμημαι, à βρέμω, *fremo*: δεδέμημαι, à δέμω, *ædifico.*

S. κέκριμαι, κέκρισαι, κέκριται, à κρίνω, *iudico.*
D. κεκρίμεθον, κέκρισθον, κέκρισθον.
P. κεκρίμεθα, κέκρισθε, κέκρινται.

Sic ἔκταμαι, ἔκτασαι, *interfectus sum*, à κτείνω: τέθυμαι, τέθυσαι, à θύνω, *feror impetu*, quæ ν præsentis abiiciunt.

Quorum actiuum exit in γκα, illa formant passiuum in μμαι, φαίνω, *ostendeo, appareo*, πέφαγκα, πέφαμμαι, πέφανσαι, πέφανται. Attici hæc præterita formant per σμαι, μιαίνω, *maculo*, μεμίαγκα, μεμίασμαι: μολύνω, *contamino*, μεμόλυσμαι, πέφασμαι. Hinc φάσμα, *spectrum.*

EXEMPLA SEXTAE CONIVgationis.

S. ἤκουσμαι, ἤκουσαι, ἤκουσται, *auditus sum.*
D. ἠκούσμεθον, ἤκουσθον, ἤκουσθον.
P. ἠκούσμεθα, ἤκουσθε, ἠκουσμένοι εἰσί.
S. πετόξευμαι, πετόξευσαι, πετόξευται.
D. πετοξεύμεθον, πετόξευσθον, πετόξευσθον.
P. πετοξεύμεθα, πετόξευσθε, πετόξευνται.

Coniugatio interdum habet σ in singulari, interdum non habet, vt patet in allatis exemplis: quæ autem id habeant, quæ non, vsus te docebit.

Præteritum plusquamperfectum.

Sing. ἐτετύμμην, ἐτέτυψο, ἐτέτυπτο, *verberatus erā vel fueram.*

Dual. ἐτετύμμεθον, ἐτέτυφθον, ἐτετύφθην.

Plur. ἐτετύμμεθα, ἐτέτυφθε, τετυμμένοι ἦσαν.

Tertia pluralis exit in ντο, si singularis desinat in το purum, vt supra de præterito diximus: ἐκέκριτο, ἐκέκριντο, *iudicati erant:* ἐτετόξευτο, ἐτετόξευντο, *iaculis petiti sunt*, à τοξεύω, *iaculor.*

DIALECTI PLVSQVAMPERfecti.

EOdem modo formant Iones & Poetæ in hoc tempore tertias plurales, quo supra in præterito: βεβλήαται seu ἐβεβλήατο à βάλλω, *iacio*, κεχολώατο, *irati sunt*, à χολόω, *irascor.*

Aoristus primus.

S. ἐτύφθην, ἐτύφθης, ἐτύφθη, *verberatus sum.*

D. ἐτύφθητον, ἐτυφθήτην.

P. ἐτύφθημεν, ἐτύφθητε, ἐτύφθησαν.

Formatur à tertia persona singulari præteriti passiui mutatis αι in ην, & tenuibus in aspiratas, assumptoq́; imperfecti augmento, τέτυπται, ἐτύφθην: λέλεκται, ἐλέχθην: πέπεισμαι, ἐπείσθην. Nam σ præteriti hic quoq; seruatur.

Excipe ἐσώθην *seruatus sum*, à σέσωσται, σώζομαι, *seruor.*

At in his duobus ἐμνήσθην, *recordatus sum*, ἐῤῥώσθην, *conualui, confirmatus sum*, adsciscitur σ, cum in preterito, μέμνηται, ἔῤῥωται, nō inueniatur, ἐγνώσθην *cognitus sum*, regulariter fit à γνόω, γνώσω, ἔγνωκα, ἔγνωσμαι. Sic ἐδυνάσθην seu ἠ-

δυνάσθην, *potui, valui*, à δυνάζω, ἐδυνήθην vero, seu ἠδυνήθην, à δυνάω, δυνήσω.

Penultima huius temporis eadem est cum perfecto, ἐτύφθην.

Excipe εὕρημαι, εὑρέθην, *inuentus sum*. ἐπήνημαι, ἐπῃνέθην, *laudatus sum*, ab ἐπαινέω. Et αἱρέομαι, *eligo, tollo*, cum cõpositis, καθῄρημαι, καθῃρέθην, *destructus sum*: ἀφῄρημαι, ἀφῃρέθην, *ablatus sum*. sic ἐῤῥέθην & ἐῤῥήθην, *dictus sum*, ab ἐῤῥημαι, ab inusitato ῥέω, *dico*. Excipitur etiã ἐτέθην à perfecto, τέθειμαι, τέθεισαι, τέθειται. Hic quoq; illa, quæ in præterito ε verterant in α, suum ε repetunt, ἔστραμμαι, ἐστρέφθην, *versus sum*, à στρέφω: τέτραμμαι, ἐτρέφθην, *nutritus sum*, à τρέφω.

ANNOTATIO.

Aoristi prædicti formari possunt sine exceptione à verbis in μι, vt εὑρέθην, ab εὕρημι, præteritum, εὕρεμαι. sic ἐπῃνέθην, ab ἐπαίνημι, ἐπήνεμαι, ἐπήνεται, licet hoc ipsũ etiam sit præteritum passiuum circumflexum, cum αἰνήσω, & αἰνέσω habeat in futuro. sic ἐχέθην, *habitus sum*, ab ἔχεμαι, ἔχεσαι, ἔχεται.

DIALECTI AORISTI PRIMI.

Tertia pluralis Bœotice & Æolice, ἔτυφθεν, & in Aoristo secundo, ἔτυπεν.

Verba in νω, quæ in præterito abiiciebant ν, hic illud Poeticę recipiũt, ἐκλίνθην, ἐκρίνθην, pro ἐκλίθην, ἐκρίθην, à κλίνω, *inclino*, & κρίνω, *iudico*. sic in participio ὁ κρινθεὶς, *iudicatus*. Et à πνεύω, *spiro*, quamuis non desinat in νω, fit ἐπνεύσθην, & sine augmento πνεύσθην, πνευσθῆς.

Aoristus secundus.

S. ἐτύπην, ἐτύπης, ἐτύπη, *verberatus fui*.

D. ἐτύ-

D. ἐτύπητον, ἐτυπήτην

P. ἐτύπημεν, ἐτύπητε, ἐτύπησαν.

Formatur ab actiuo mutato ον in ην, ἔτυπον, ἐτύπην: ἔλεγον, ἐλέγην, dictus sum.

Futurum primum.

S. τυφθήσομαι, τυφθήσῃ, τυφθήσεται, verberabor.

D. τυφθησόμεθον, τυφθήσεσθον, τυφθήσεσθον.

P. τυφθησόμεθα, τυφθήσεσθε, τυφθήσονται.

Formatur à primo Aoristo ablato augmento, ἐτύφθην, τυφθήσομαι: ἐλέχθην λεχθήσομαι, dicar: ὠρύχθην, ὀρυχθήσομαι, fodiar.

Futurum secundum.

S. τυπήσομαι, τυπήσῃ, τυπήσεται, verberabor.

D. τυπησόμεθον, τυπήσεσθον, τυπήσεσθον.

P. τυπησόμεθα, τυπήσεσθε, τυπήσονται.

Formatur ab Aoristo secundo ablato augmento; ἐτύπην, τυπήσομαι, ἐλέγην, λεγήσομαι, dicar.

Paulò pòst futurum.

S. τετύψομαι, τετύψῃ, τετύψεται, mox verberabor.

D. τετυψόμεθον, τετύψεσθον, τετύψεσθον.

P. τετυψόμεθα, τετύψεσθε, τετύψονται.

ANNOTATIO.

Carent Latini hoc tempore, quod μετ' ὀλίγον μέλλων, id est, paulo post futurum Græci nominant, quo tunc vtimur, cum actionem iamiam instare significamus, τετύψομαι, paulo post verberabor.

Formatur à secunda præteriti passiui interposito ομ: τέτυψαι, τετύψομαι. λέλεξαι, λελέξομαι: κέκελσαι, κεκελσομαι: seruant augmentum præteriti in omni modo.

IMPE-

IMPERATIVVS.

Præsens & imperfectum.

S. τύπτου, τυπτέσθω, *verberare vel verberator.*
D. τύπτεσθον, τυπτέσθων.
P. τύπτεσθε, τυπτέσθωσαν.

Ionice τύπτεο, Dorice τύπτου, tertia pluralis Attice, τυπτέσθων.

Perfectum & plusquamperfectum.

S. τέτυψο, τετύφθω, *verberare vel verberatus esto.*
D. τέτυφθον, τετύφθων.
P. τέτυφθε, τετύφθωσαν.

Secunda persona huius temporis fit à secunda præteriti indicatiui, τέτυψαι, τέτυψο, γέγραψαι, γέγραψο.

Tertia fit à tertia duali eiusdem præteriti: τέτυφθον, τετύφθω: γέγραφθον, γεγράφθω.

Aoristus primus.

S. τύφθητι, τυφθήτω, *verberare vel verberator.*
D. τυφθήτον, τυφθήτων.
P. τύφθητε, τυφθήτωσαν.

Aoristus secundus.

Sing. τύπηθι, τυπήτω.
D. τύπητον, τυπήτων.
P. τύπητε, τυπήτωσαν.

DE SIGNIFICATIONE HORVM *temporum.*

Præteritum passiuum & Aoristos primos Imperatiui circumloquimur per participium passiuũ verbumq; substantiuum, τέτυψο, τύφθητι, *verberatus esto*: τετύφθω, τυφθήτω, *verberatus sit*. Videntur autem hæc tempora aliquando si-

do significare præsens. Vt si quis percutiendo dicat: *verberatus esto*, nihil aliud censetur dicere, quam τύπτου, *verberare* vel *verberator tu*.

Aliquando videntur significare præteritum quasi cum quadam concessione & permissione, τετύφθω, τυφθήτω, *verberatus esto*, seu *verberatus sis*. *Quid ego moror?* sic κεκοσμήσθω. *ornatus sit vel esto*, quasi dicas: *Quid ad me? sit ornatus hic vel ille*: quamuis etiam futurum interdum in hac ipsa concessione significetur, vt si quis audiens alterum ornatum iri magnis honoribus addat, κεκοσμήσθω, *ornatus sit*, nihil aliud profecto dicit, quam ornetur. Sicut & is qui dicit, ἵλαθι, *placatus esto*, futurum innuit, nempe *placeris*.

Interdum significant hæc tempora futurum, sed cum respectu ad præteritum, κεκοσμήσθω ὁ ἵππος, *ornetur equus*, κεκλείσθω πύλη, *clausa sit porta*. Hæc Imperatiua sunt non tantum terminatione, sed etiam sententia, hoc enim imperatur. Cura vt hoc vel illo tempore futuro verum sit dicere equum esse ornatum, portam clausam aut apertam. Vtrum autem illa verba, quibus Græci in peroratione vtuntur, imperatiui sint modi, si spectes sensum, vt περὶ μὲν τῆς οὐσίας τοσαῦτα εἰρήσθω, *de substantia hæc dicta sint*; & similia, merito dubitat Emmanuel. Videtur autem eadem esse illorum ratio, quæ aliorum verborum in Imperatiuo concessionem aut permissionem significantiũ. Licet enim Imperatiua sint, si syllabas tantum & terminationem consideremus, non significant tamen imperiũ, sed vel concessionem vel voluntatem; Perinde enim est, ac si quis diceret: *Hæc volui de substantia dicere*.

Quando igitur in auctore aliquo verbum huiusmodi interpretandum occurrit, videndum est diligenter, quãnam notionem subiectam habeat, vt conuenienter Latine exprimatur.

OPTATIVVS.

Præsens & imperfectum.

S. εἴθε τυπτοίμην, τύπτοιο, τύπτοιτο, *vtinam verberarer*.

Dual. τυπτοίμεθον, τύπτοισθον, τυπτοίσθην.
Plur. τυπτοίμεθα, τύπτοισθε, τύπτοιντο.

Perfectum & plusquamperfectum.

Sing. εἴθε τετυμμένος, εἴην, εἴης, εἴη, *vtinam verberatus essem.*
Dual. τετυμμένω, εἴητον, εἰήτην.
Plur. τετυμμένοι, εἴημεν, εἴητε, εἴησαν.

ANNOTATIO.

Clenardus & alii quidam velle videntur, omnia verba Barytona in optatiuo & subiunctiuo per participium & verbum substantiuum εἰμὶ circumscribenda esse.

Alii tamen nulla circumlocutione opus esse putant, vt præteriti perfecti indicatiui modi tertiam personam, nō circumloquamur, quod fit si tertia singularis in ται purū exeat; cuius rei hoc sit exemplum à verbo νέμω, νενέμημαι.

S. νενεμήμην, νενεμῇο, νενεμῇτο.
D. νενεμήμεθον, νενεμῇσθον, νενεμήσθην.
P. νενεμήμεθα, νενεμῇσθε, νενεμῇντο.

Nam si ante μαι primæ personæ præteriti passiui fuerit η, vt in allato exemplo, conuertitur in ῃ, si υ tunc in ῃ, si α, adsciscit iota, at vero iota manet integrum, sed tamen longum hic, etiamsi breue fuerit in præterito Indicatiui, θύω, *festino, ruo*, τέθυμαι, τεθῦμην, τεθῦο, τεθῦτο: κτείνω, *occido*, ἔκταμαι, ἐκταίμην, ἐκταῖο, ἐκταῖτο; κρίνω, *iudico*, κέκριμαι, κεκρίμην, κεκρῖο, κεκρῖτο sic τέθειμαι, τεθείμην, τεθεῖο, τεθεῖτο.

Si tamen ante μαι ponatur diphthongus, cui subiunctiua sit υ tunc circumlocutione opus est: τετόξευμαι, τετοξευμένος εἴην, εἴης, εἴη. Aliqui eandem adhibent periphrasin cum præteritum υ habet. Sed hanc exceptionem alii non admittunt, vt Renatus Guillonius, ac proinde ita coniugant præteritum verbi λύομαι.

λελύμην, λελῦο, λελῦτο:

Vel:

λελῄμην, λελῇο, λελῇτο.

Aori-

Aoristus primus.

S. εἴθε τυφθείην, τυφθείης, τυφθείη, *vtinam verberatus sim vel fuerim.*

D. τυφθείητον, τυφθειήτην.

P. τυφθείημεν, τυφθείητε, τυφθείησαν.

Aoristus secundus.

S. εἴθε τυπείην, τυπείης, τυπείη, *idem.*

D. τυπείητον, τυπειήτην.

P. τυπείημεν, τυπείητε, τυπείησαν.

Prima pluralis in ημεν contrahitur: τυφθείημεν, τυφθεῖμεν: τιθείημεν, τιθεῖμεν: θείημεν, θεῖμεν, à τίθημι, *pono.*

Hinc tertia pluralis τυφθεῖεν, τυπεῖεν, τιθεῖεν, θεῖεν, pro τυφθείησαν, τυπείησαν, τιθείησαν, θείησαν,

Futurum primum.

S. εἴθε τυφθησοίμην, τυφθήσοιο, τυφθήσοιτο, *vtinam verberer.*

D. τυφθησοίμεθον, τυφθήσοισθον, τυφθησοίσθην.

P. τυφθησοίμεθα, τυφθήσοισθε, τυφθήσοιντο.

Futurum secundum.

S. εἴθε τυπησοίμην, τυπήσοιο, τυπήσοιτο.

D. τυπησοίμεθον, τυπήσοισθον, τυπησοίσθην.

P. τυπησοίμεθα, τυπήσοισθε, τυπήσοιντο.

Paulò pòst futurum.

S. εἴθε τετυψοίμην, τετύψοιο, τετύψοιτο.

D. τετυψοίμεθον, τετύψοισθον, τετυψοίσθην.

P. τετυψοίμεθα, τετύψοισθε, τετύψοιντο.

DIALECTI OPTATIVI.

Sicut à perfecto & plusquamperfecto Indicatiui Poetę & Iones suas quasdā personas tertias pluralis numeri formant; ita etiam ab Optatiui passiui & medii personis tertiis

tertiis ſingularibus ſuas plurales deducunt: interpoſito α ante τ: vt in his exemplis vides.

Perſonæ cōmunes ſingulares.		Ionicæ plurales.
	τύπτοιτο	τυπτοίατο.
	τυφθήσοιτο	τυφθησοίατο.
	τυπήσοιτο	τυπησοίατο.
	τετύψοιτο	τετυψοίατο.
	τύψαιτο	τυψαίατο.
	τύποιτο	τυποίατο.
	τύψοιτο	τυψοίατο.

Sic etiam in Indicatiuo quorundam verborum, ἕαται, *ſedent*, pro ἧνται, ἧντο, ἕατο, *ſedebant*.

CONIVNCTIVVS.

Præſens & Imperfectum.

Sing. ἐὰν τύπτωμαι, τύπτῃ, τύπτηται, *ſi verberer vel verberarer.*

Dual. τυπτώμεθον, τύπτησθον, τύπτησθον.

Plur. τυπτώμεθα, τύπτησθε, τύπτωνται.

Perfectum & pluſquamperfectum.

S. ἐὰν τετυμμένος, ὦ, ᾖς, ᾖ, *ſi verberatus ſim vel eſſem.*

D. τετυμμένω, ἦτον, ἦτον.

P. τετυμμένοι, ὦμεν, ἦτε, ὦσι.

ANNOTATIO.

Verba quæ quorundam iudicio, in optatiui præterito circumlocutione non indigent, illa neq; hic per participium & verbum ſubſtantiuum efferuntur, vt vides in hoc paradigmate.

S. ἐὰν νενέμωμαι, νενεμῇ, νενεμῆται.

D. νενεμώμεθον, νενεμῆσθον, νενεμῆσθον.

P. νενεμώμεθα, νενεμῆσθε, νενεμῶνται.

Id quod etiam fit in verbis circumflexis, vt ſuo loco conſtabit. Sic ἔκτημαι, ἐκτῶμαι; τέθημαι, τεθῶμαι. Mutant enim vocalem vel diphthongum μαι antecedentem in ω circumflexum.

Aoristus primus.

S. ἐὰν τυφθῶ, τυφθῇς, τυφθῇ, *si verberatus sim vel fuerim, vel ero.*
D. τυφθῆτον, τυφθῆτον.
P. τυφθῶμεν, τυφθῆτε, τυφθῶσι.

Aoristus secundus.

Sing. ἐὰν τυπῶ, τυπῇς, τυπῇ.
Dual. τυπῆτον, τυπῆτον.
Plur. τυπῶμεν, τυπῆτε, τυπῶσι.

INFINITIVVS.

Præsens & imperfectum, τύπτεσθαι, *verberari.*
Perfectum & plusquamperfectum, τετύφθαι, *verberatum esse vel fuisse.*

Formatur à secunda persona plurali perfecti indicatiui τέτυφθε, τετύφθαι; κέκελσθε, κεκρίσθαι; λέλεχθε, λελέχθαι.

Aoristus primus, τυφθῆναι, *verberatum esse.*
Aoristus secundus, τυπῆναι, *idem.*
Futurum primum, τυφθήσεσθαι, *verberatum iri.*
Futurum secundum, τυπήσεσθαι, *idem.*
Paulò pòst futurum, τετύψεσθαι, *mox verberatum iri.*

PARTICIPIVM.

Præsens & imperfectum.

ὁ τυπτόμενος, τοῦ τυπτομένου, *qui verberatur vel verberabatur.*
ἡ τυπτομένη, τῆς τυπτομένης.
τὸ τυπτόμενον, τοῦ τυπτομένου.

ANNO-

ANNOTATIO.

Latini carent participio passiuo præsentis temporis, propterea ad verbum nequeunt hoc participium interpretari.

Perfectum & plusquamperfectum.

ὁ τετυμμένος, τοῦ τετυμμένου, *verberatus.*
ἡ τετυμμένη, τῆς τετυμμένης, *verberata.*
τὸ τετυμμένον, τοῦ τετυμμένου, *verberatum.*

Aoristus primus.

ὁ τυφθεὶς, τοῦ τυφθέντος, *verberatus.*
ἡ τυφθεῖσα, τῆς τυφθείσης.
τὸ τυφθὲν, τοῦ τυφθέντος.

Aoristus secundus.

ὁ τυπεὶς, τοῦ τυπέντος, *idem.*
ἡ τυπεῖσα, τῆς τυπείσης.
τὸ τυπὲν, τοῦ τυπέντος.

Futurum primum.

ὁ τυφθησόμενος, τοῦ τυφθησομένου, *verberandus.*
ἡ τυφθησομένη, τῆς τυφθησομένης, *verberanda.*
τὸ τυφθησόμενον, τοῦ τυφθησομένου, *verberandum.*

Futurum secundum.

ὁ τυπησόμενος, τοῦ τυπησομένου, *idem.*
ἡ τυπησομένη, τῆς τυπησομένης.
τὸ τυπησόμενον, τοῦ τυπησομένου.

Paulò pòst Futurum.

ὁ τετυψόμενος, τοῦ τετυψομένου, *mox verberandus.*
ἡ τετυψομένη, τῆς τετυψομένης.
τὸ τετυψόμενον, τοῦ τετυψομένου.

Admittunt participia easdem dialectos, quas declinationes, quibus inflectuntur.

VERBVM MEDIVM.

VErbum medium illud dicitur, quod partim passiuam, partim actiuam habet terminationem, quo fit vt inter duo illa extrema, recte constituatur medium, quandoquidem cum vtroq; aliquid commune obtinet.

Passiuam terminationem habet in præsenti & imperfecto (quæ tempora voce idem prorsus sunt ac verbum passiuum τύπτομαι, ἐτυπτόμην,) & in duobus Aoristis & futuris omniũ modorum: ἐτυψάμην, ἐτυπόμην, τύψομαι, τυποῦμαι.

Actiuam terminationem habet in perfecto & plusquamperfecto omnium quoq; modorum, τέτυπα, ἐτετύπειν.

ANNOTATIO.

Hæc verba non dicuntur media propter significationem quasi vbiuis & in quolibet tempore actiue vel passiue, arbitrio vsurpantis, accipi possint, more communium omnium apud Latinos; sed quod saltem nonnulla & in quibusdam temporibus vtramq; significationem admittant βιάζομαι τὸν φίλον, *cogo vel violo amicum*, βιάζομαι ὑπὸ τοῦ φίλου, *cogor vel violor ab amico*, ἄγομαι, *duco & ducor*, γράφομαι *scribo & scribor.*

Præteritum autem plusquamperfectum τύψομαι, ἐτετύπειν, aut Aoristum ἐτυψάμην, aut Futurum τύψομαι, quis passiue vel vsurpare vel interpretari audeat? Scio esse verba aliqua quæ passionem in præterito medio, Aoristis & futuris significent, τέτηκα à τήκω, *contabui:* σέσηπα à σήπω, *computrui:* πέπηγα à πηγνύω, *concreui, coalui:* μέμηνα à μαίνω, *insaniui:* ὄλωλα, ἀπόλωλα, *perii* & similia, sed hæc & alia huius generis sunt αὐτοπαθητικὰ, id est, per se passiua, seu per passionem significantia in quacunq; verborũ forma & inflexione; Et si hæc significationem præteriti perfe-

perfecti & aliorum temporum redderent ambiguam, nihil obstaret, quo minus diceremus verba quartæ coniugationis actiuæ, verbi gratia, apud Latinos habere significationem actiuam & passiuam. Nam pereo, insanio, & alia huiusmodi significant passionem in omnibus temporibus, sicut & hæc in aliis coniugationibus: *computrui, coalui, contabui, indurui, occallui.* Imo ipsa quoq; vox actiua apud Græcos passiuæ significationis non raro fieret, cum τήκω, verbi gratia, absolute & intransitiue positum nihil aliud significat in quacunq; coniugatione, nisi contabescere, quod certe passio quædam est.

Quod si verba aliqua reperiantur, quæ cum non sint αὐτοπαθῆ, reuera tamen passiue vsurpantur in aliquo ex prædictis temporibus verbi medii, vt διέφθορα à διαφθείρω, *corrupi vel corruptus sum:* ἔρρωγα, *ruptus sum,* διέρρωγα, *diruptus sum:* θρέψομαι, *nutriar,* à τρέφω, ἀφαιρήσομαι, *tollar:* ἐκοσμήσατο, *ornatus est:* & similia; id per enallagen fieri putandum est. Sicut etiam apud Latinos, *mutauit* pro *mutatus est:* quod non raro in ipso verbo actiuo accidit apud Græcos, μετέβαλλεν, *mutatus est, translatus est:* pro μετεβλήθη.

Actiua igitur significatio tribuenda est verbis mediis, in præteritis, Aoristis & futuris. Et actiue quoq; interpretanda sunt, nisi locutio figurata aliud suadeat.

PARADIGMA VERBI MEDII.

Præsens & Imperfectum omnino conueniunt cum passiuo, vt supra dictum est.

Præteritum perfectum.

S. τέτυπα, τέτυπας, τέτυπε, *verberaui.*

D. τετύπατον, τετύπατον.

P. τετύπαμεν, τετύπατε, τετύπασι.

Fit à perfecto verbi actiui, substituta characteristica Aoristi secundi actiui, in locum characteristicę pręteriti actiui, τέτυφα, τέτυπα: λέλεχα,

χα, λέλεχα, *dixi*, πέπληχα, à πλήσσω, *percutio*, πέπληγα, πέφρακα, *dixi*, à φράζω, πέφραδα.

Sic βλάπτω, *noceo*, ἔβλαβον, βέβλαβα. καλύπτω, ἐκάλυβον, κεκάλυβα, *tego*. κρύπτω, ἔκρυβον, κέκρυβα, *abſcondo*. Seruatur enim characteriſtica Aoriſti ſecundi actiui, vt in his; τέθαφα, à θάπτω, *ſepelio*; ἔσκαφα, à σκάπτω, *fodio*, βέβαφα, à βάπτω, *tingo*.

In ſexta coniugatione characteriſtica huius præteriti eſt characteriſtica actiui præsẽtis, niſi peculiaris aliqua mutatio interueniat, ἤκουα ab ἀκούω, *audio*: λύω, λέλυα, *ſoluo*, quãuis nõnũquam incidat cum characteriſtica Aoriſti ſecundi, vt fit in verbo λύω.

In verbis primæ & ſecundæ coniugationis, quorum characteriſtica eſt φ vel χ, idẽ eſt medium præteritum & actiuum, cum ſint eædem figuratiuæ talium verborum in Aoriſto ſecundo, & præterito actiuo: γράφω, *ſcribo*, ἔγραφον, γέγραφα, actiuum & mediũ: τεύχω, τέτευχα, in vtroq; præterito, in Aoriſto ſecundo, ἔτευχον, *attero*, *abſumo*.

DE PENVLTIMA PRAETERITI Medii.

Penultima eadem eſt, quæ in actiuo, τέτυφα, τέτυπα.

Excipe diſſyllaba, quę in futuro habẽt ε, mutãt.n. illud hic in ο, in omni cõiugatione barytona, τρέπω, *verto*, τρέψω, τέτροπα: λέγω, *dico*, λέξω, λέλογα; σπείρω, *ſero*, σπερῶ, ἔσπορα; μένω, *maneo*, μενῶ, μέμονα. Sic τέτομα à τέμνω, *ſeco*, *ſcindo*, τέτελα, *ſi-*

λα, *finiui*, & μέμελα seu μέμηλα, *curaui*, formantur, à πλέω, & μελέω, ac proinde nihil mutant.

Excipe secundo quæ in futuro habent ει, mutant enim illud in οι: πείθω, πείσω, πέποιθα, *persuadeo*: εἴδω, *scio*, οἶδα, *sciui*. A præsentis seruatur interdum: ψάλλω, *cano*, ἔψαλκα, ἔψαλα.

Interdum vertitur in η: θάλλω, τέθαλκα, τέθηλα, *germino*.

Diphthongus αι præsentis mutatur in η, φαίνω, πέφηνα, *ostendo, appareo*. Sic δέδηα & κέκηα, à δαίω, *diuido*, & καίω, *comburo*. Sic μιαίνω, *maculo*, μεμίηνα. Neq; enim valet hęc regula tantum in dissyllabis.

Plusquamperfectum.

S. ἐτετύπειν, ἐτετύπεις, ἐτετύπει, *verberaueram*.
D. ἐτετύπειτον, ἐτετυπείτην.
P. ἐτετύπειμεν, ἐτετύπειτε, ἐτετύπεισαν.

Fit à plusquamperfecto actiui.

Aoristus primus.

S. ἐτυψάμην, ἐτύψω, ἐτύψατο, *verberaui*.
D. ἐτυψάμεθον, ἐτύψασθον, ἐτυψάσθην.
P. ἐτυψάμεθα, ἐτύψασθε, ἐτύψαντο.

Fit ab Aoristo primo actiuo, addito μην, ἔτυψα, ἐτυψάμην.

Dorice exit secunda persona singularis in αο: ἐτύψαο. Et apud Syracusanos, in α, ἐτύψα.

Aoristus secundus.

S. ἐτυπόμην, ἐτύπου, ἐτύπετο, *verberaui*.
D. ἐτυπόμεθον, ἐτύπεσθον, ἐτυπέσθην.

P. ἐτυπόμεθα, ἐτύπεσθε, ἐτύποντο.

Fit ab actiuo mutando ον in ομην: ἔτυπον, ἐτυπόμην.

DE CONTRACTIONIBVS quorundam temporum.

Præpoſitio ἐκ præcedit conſonantem, ἐκ τείχους, ex muro, ἐξ præcedit vocalem aut diphthongum, ἐξ ἀρχῆς, ab initio.

Præpoſitiones dyſſyllabæ ſunt duodecim, ἀνὰ, κατὰ, διὰ, μετὰ, παρὰ, ἀντὶ, ἐπὶ, ἀμφὶ, περὶ, ἀπὸ, ὑπὸ, ὑπὲρ, quarum omnium vis & ſignificatio declaranda eſt in ſyntaxi.

DIALECTI PRAEPOSITIONVM.

PRo ἐν dicunt Poetæ, εἰν & ἐνὶ. pro σὺν, Attici, ξὺν, etiam in compoſitione, ξύμφερον, pro σύμφερον. Pro πρὸς, Doricè, ποτὶ, & Atticè ὡς, ὡς ἡμᾶς, ad nos, pro παρὰ interdum παραὶ, addito iota, ſic καταὶ pro κατὰ, & ὑπαὶ pro ὑπὸ. Interdum per apocopen accipiuntur pro verbis, πάρα pro πάρεστι, adeſt, vel, πάρεισι, adſunt, ἔνι, pro ἔνεστι, ineſt, licet. & tunc accentum habent in priori ſyllaba, ſicut & tunc cum ſuis caſibus poſtponuntur, γήρως πέρι, de ſenectute.

De mutationibus quas ſubeunt præpoſitiones in compoſitione, dictum eſt in verbis Barytonis.

CAPVT XXII.

DE ACCENTIBVS.

NVnc tandem explicatis omnibus, quæ ad octo orationis partes apud Græcos ſpectant accurate de accentuum ratione agendum eſt, quos quidem accentus obiter, quantum ſcilicet ad rationem legendi requirebatur, capite primo attigimus. Eſt autem accentuum cognitio cum ad lectionem & pronunciationem, tum ad ſcriptionem Græcorum vocabulorum, in primis neceſſaria ad illam; quia Græci ſuis in vocabulis legendis & efferendis non quantitatis, quod faciunt Latini, ſed accentus rationem habent; ad hanc vero quia in omnibus dictionibus vnum ſaltem accentum notant & exprimunt Græci, quod apud Latinos non ſolet fieri. Vnde ne quis erret in ſcribendo, ſcire oportet regulis partim generalibus, partim ſpecialibus, partim etiam vſu (nam & hic accentuum Magiſter optimus eſt) quo quodq; vocabulum accentu ſit inſigniendum.

Accentus igitur tres ſunt, Acutus, Grauis, Circumflexus.

Acutus afficit vltimam ſyllabam, penultimam & antepenultimam: Grauis in vltima tantum ſignatur, quamuis in omni ſyllaba, quæ acuto aut circumflexo careat, ſubintelligatur, quam ob cauſam ſyllabicus dici ſolet. Circumflexus vltimam aut penultimam, & quidem non niſi natura tantum, vel natura ſimul & poſitione longam occupat.

Excipe tamen composita ex subiunctiuo articulo & infinito τὶς. Hæc enim sicut & Poëtica, τοῖσδεσι, τῷσδεσι, circumflexum in antepenultima habent: ὅστις, *qui*, οὗτινος, ἧστινος, ᾧτινι, ᾗτινι.

Formas & figuras accẽtuum habes in his vocabulis.

θεός	ποιῶ.
λόγος,	βοᾶτε.
τύπτομεν	τιμή.

Vocabulum quod acutum in vltima habet, vocatur oxytonum; quod in penultima, paroxytonum; quod in antepenultima proparoxytonum. Quod graui notatur in vltima, Barytonum vulgo dicitur, quamuis omnia illa, quæ neq; contracta sint, neq; acutum in vltima habent, grauitona dici soleant.

Vocabulum, quod in vltima circumflexum habet, perispomenon est; quod in penultima, prosperismenon.

Oxytona mutant in ipso orationis contextu acutum suum in grauem, & tunc dicuntur ἐγκλινόμενα, id est, *inclinata*, θεὸς ὑμῶν, *Deus noster*, pro θεός.

Non inclinatur tamen acutus accentus in ipsa orationis serie & consequentia, si sequatur dictio enclitica θεός σου, *Deus tuus*: θεός ἐστι, *Deus est*, quod ipsum quoque fit in fine periodi, πάντα βλέπει ὁ θεός, *omnia videt Deus*.

Interrogatiuum τίς retinet vbique suum accentum acutum, τίς ἦλθε; *quis venit?*

ANNO-

ANNOTATIO.

Sunt qui Clenardum reprehendant, quod accentum in vocabulo τιμὴ, vocet grauem, & ipsum vocabulum grauitonum. Sed facilis est responsio, nam si quis à signo, nota & figura accentui illi nomen imponere velit, grauis vocabitur, & dictio ipsa grauitona, quia grauis accentus est virgula seu lineola à sinistra dextrorsum descendens, qualis in illa vocula τιμὴ, si autem spectemus vim, energiam pronunciationem & officium illius, accentus acutus erit; & dictio oxytona. Siue igitur oxytona voces, siue Barytona huiusmodi nomina, recte feceris: quamuis recte Clenardus & alii, causa docendi Barytona nominent; appellatione petita ex grauis accentus figura, qua vocabulum insignitur. Quod si, vt quibusdam placet, & recte, in contextu & consequentia orationis legamus & pronunciemus non vt acutum, sed vt grauem, tunc multo magis Barytonam eiusmodi dictionem vocaueris, cum signo & vi & potestate grauis sit accentus. Neq; vlla supererit ratio, cur vocetur oxytona, quam quia dictio in illa syllaba accentum acutum natura sua habere potest.

Puto autem verissimum esse, quod viri eruditi notant, & in his etiam Guilielmus Baillius noster in erudito suo libello de accentibus, nempe accentum acutum nunquam pronunciari, nisi in fine periodi, in ipsa vero orationis consecutione & serie, minime, nisi sequatur dictio enclitica. Hinc legendum non est θεὸς ἡμῶν. elata vltima syllaba in nomine θεὸς, quasi esset θεός, sed depressa. At in his orationibus: θεός ἐστιν ἵλεως, *Deus est propitius*: ἵλεώς ἐστι θεὸς; vltima syllaba in θεός est eleuanda, quia in altera sequitur enclitica; in altera terminat periodum. Illud etiam nobis probatur acutum ex enclitica natum pronunciandum esse acute & clare, licet prior dictio alium acutum aut circumflexum habeat, vt in illo ipso exemplo; ἵλεώς ἐστι θεός, & in hoc, σῶμά σου, σώματός σου. Ideo enim in prius vocabulum reiicitur, & acuta quoque figura pingitur ille accentus, vt acute & elate pronuncietur, cum in omni dictione accen-

tus tantummodo ſint propter pronunciationem, quemadmodum & in conſequentia orationis accentus oxytonorum inclinatur, vt depreſſe ſyllabam efferendam eſſe ſciamus.

Cum vocalis accentu graui vel acuto notata per apoſtrophum abiicitur, transfertur accentus in partibus quidem declinabilibus in priorem ſyllabam, καλὰ, κάλ', πολλὰ, πόλ'; χαλεπὰ, χαλέπ'. In cæteris partibus accentus vna cum vocali abiicitur: πὰρ ἐμοὶ, pro, παρὰ ἐμοὶ, *apud me.*

Compoſitio vt plurimum retrahit accentum, καλὸς, *pulcer*, φιλόκαλος, *ſtudioſus munditiei*, σοφὸς, *ſapiens*. φιλόσοφος. Hoc in particulis, ο, εὖ, δυς, & nominibus monoſyllabis, quando componuntur, fere perpetuum eſt, κινητὸς, *mobilis*, ἀκίνητος, *immobilis*, εὐκίνητος, *facile mobilis*, δυσκίνητος, *difficulter mobilis*: παῖς, *puer* εὔπαις, *bonos habens liberos*, ποὺς, *pes*, τρίπους, *tripes*, δίπους, *bipes*. χθὼν, *terra*, αὐτόχθων, *indigena*, χεὶρ, *manus*, ἀντίχειρ, *pollex*.

Apocope & paragoge non mutant accentum, τυπτέμεν pro τυπτέμεναι; *verberare*, καλοῖς, καλοῖσι.

Excipe pronomina, quæ in fine iota adſciſcũt, οὗτος, οὑτοσὶ, *hic*, ἐκεῖνος, ἐκεινοσὶ, *ille*. Item ἔγωγε, ἔμοιγε, & illa τοιουτοσὶ, τηλικουτοσὶ, τοσουτοσὶ, aut cum ο precedit ſyllabam finalem quæ per paragogen adiicitur, in his enim ſemper eſt accentus in penultima, vt πόντος,ποντόφι, κοτυληδὼν, κοτυληδόνος, κοτυληδονόφι, ἐμέοθεν pro ἐμοῦ.

Monoſyllaba longa relicta poſt apocopen, aliquando acuuntur, vt κρῆμι, κρῆ. Aliquando

circumflectuntur, vt ἦλ pro ἧλος, *clauus*, κρῖ pro κριθὴ, *hordeum*, vel pro κρῖμνον, quod significat *farinam, quæ per cribrum laxiora habens foramina, transmissa est.*

At monosyllaba longa post aphæresin relicta circumflectuntur, vt ἔφλω, ἔφης, ἔφη. φλῶ, φῆς, φῆ. λῶ, ἧς, ἧ. ἐφίω, ἔφυς, ἔφυ. φῦν, φῦς, φῦ.

DE ACCENTV ACVTO.

Vltima longa, nunquam est in antepenultima accentus acutus, Αἰνείας, Αἰνείου. *AEneas*: ἀνθρώπου, *hominis*: σωμάτων, *corporum*. Propter hanc regulam mutandus est aliquando accentus obliquorum in polysyllabis dictionibus proparoxytonis, ἄνθρωπος, *homo*, ἀνθρώπου, ἀνθρώπῳ: σῶμα, *corpus*, σώματος, σωμάτων.

Excipe primo genitiuos Ionicos primæ simplicium, αἰνείεω, πηληϊάδεω.

Excipe secundo omnes casus quartæ declinationis simplicium. μελέλεως, μελέλεω, μελέλεων.

Excipe tertio genitiuos Atticos omnium numerorum secundæ declinationis contractæ, πόλεως, πόλεων, πόλεων.

Excipe quarto vocabula in αι & οι. Nam istæ diphthongi habentur in accentibus breues, ἄνθρωποι τύπτονται.

Si tamen in eadem dictione sequatur aliqua consonans, longæ censebuntur, ἀνθρώποις.

Ex graui & acuto in contractione fit acutus, ἑσταὼς, ἑστώς, *stans*: γεγαὼς, γεγώς, *natus*.

De accentv circvm-flexo.

LOnga non ſola poſitione,ſed ex natura ſua, ante finalem breuem,ſi accentu notetur,circumflexo notabitur,σῶμα,*corpus*,πῶυ,*grex*: μῦσα, μῦσαι: οἶκος, οἶκοι, *ædes*. Nam & hic αι & οι breues habentur.

At τύπτε,τύψον,paroxytona ſunt,quia ſola poſitione producuntur.

Excipe aduerbium οἴκοι,*domi*,ad diſtinctionem nominis οἶκοι ab οἶκος,*domus*, & tertiam perſonam Aoriſti primi actiui optatiui modi,ποιήσαιμι, ποιήσαις, ποιήσαι, ad diſtinctionem infinitiui ποιῆσαι. At ποίησαι,*fac*,eſt Aoriſtus primus imperatiui verbi medij,ſicut τύψαι.

Excipe etiam tertias perſonas optatiui actiui deſinentes in οι,in his enim cenſetur hæc diphthõgus longa,φεύγοιμι,φεύγοις,φεύγοι, πετύφοιμι, πετύφοις,πετύφοι.δῦροιμι,δῦροις,δῦροι.

Interdum penultima circumflectitur, licet vltima longa ſit ſola poſitione: χοῖνιξ, *chœnix*, αὖλαξ,*ſulcus*. Id tamen non obſeruatur ab omnibus.

Ex acuto & graui fit in contractione circumflexus, βοάετε,βοᾶτε,*clamate*.Hic α & ε coaleſcunt, quorum alterum acutum,alterum grauem accentum habebat,ſic ποιεῖτε,ποιεῖτε,*facite*.

Excipe τὴν λητόα,λητώ non λητῶ, *Latonam*: αἰδόα,αἰδῶ,*verecundiam*,*pudorem*, quãuis aliqui cir-

cumflectant, τὴν αἰδῶ, quibus adde, τῷ νόῳ, νῷ, ὁ νόος, *mens*.

DE ACCENTIBVS DECLINA-tionum.

Qualis accentus est in recto, talis fere est in obliquis, nisi obstet aliqua regula ex prædictis, λόγος, λόγου, λόγῳ, λόγον: Αἰνείας, αἰνείου, αἰνείᾳ: μενέλεως, μενέλεω.

In declinationibus parisyllabis, si rectus sit oxytonus, tunc genitiui & datiui circumflectuntur in omnibus numeris: ποιητὴς, *Poëta*, τοῦ ποιητοῦ, τῷ ποιητῇ, τοῖν ποιηταῖν, τῶν ποιητῶν, ταῖς ποιηταῖς: ἡ τιμὴ, *honor*, τῆς τιμῆς, τῇ τιμῇ; τῶν τιμῶν, ταῖς τιμαῖς: καλὸς, *pulcer*, τοῦ καλοῦ, τῷ καλῷ.

Excipe, λεὼς, τοῦ λεώ, *populus*: νεὼς, *templum*, τοῦ νεὼ.

Genitiuus pluralis substantiuorum primæ & secundæ declinationis circumflectitur, qualiscunq; sit nominatiuus, ὁ αἰνείας, τῶν αἰνειῶν: ἡ μοῦσα, τῶν μουσῶν.

Excipiuntur à nonnullis, ὁ χλούνης, *aper*, τῶν χλούνων, ὁ χρήστης, *fœnerator*, τῶν χρήστων: ὁ ἐτησίας, *Etesias ventus*, τῶν ἐτησίων: ἡ ἀφὺν, τῶν ἀφύων, *apua*, *genus piscis*.

Adiectiua fœminina à masculinis tertiæ declinationis eundem habent accentum in genitiuo plurali, quem masculina: ὁ ἅγιος, *sanctus*, τῶν ἁγίων: ἡ ἁγία, τῶν ἁγίων.

Si masculinum sit quintæ declinationis, tunc genitiuus fœminini circumflectitur: τύπτων *verberans*,

berans, τύπτοντος, τύπτουσα, τυπτουσῶν: μέλας, *niger*, μέλανος, μέλαινα, μελαινῶν.

Genitiui & datiui dissyllabi quintæ declinationis, accentum habent in vltima, reliqui casus in penultima, ὁ χεὶρ, *manus*, χειρὸς, χειρὶ, χεῖρα: τὼ χεῖρε, τοῖν χεροῖν, τῶν χερῶν, τοὺς χερσί excipe τὶς, τινὸς, infinitum, habet enim accentum in vltima in omnibus casibus.

Idem porro iudicium est de genitiuis & datiuis dissallabis natis per syncopen ex prioribus syllabis, ἀνὴρ ἀνέρος, ἀνδρὸς, *vir*.

Excipe participia, θεὶς, *qui posuit*, θέντος: στὰς, στάντος, *qui stetit*: δοὺς, δόντος, *qui dedit*: ὢν, ὄντος, *qui est*. τὶς τίνος interrogatiuum, & alia huius generis in nominatiuo monosyllaba.

Excipe secundo nomina sequentia, quæ genitiuum pluralem non circumflectunt, πάντων, *omnium*, à πᾶς, cuius datiuus pluralis est πᾶσι: τῶν παίδων, *puerorum*, à παῖς: τῶν Τρώων, *Troianorum*, à recto Τρὼς: τῶν δᾴδων, δμώων, φώτων, κράτων, θώων, φῴδων, à nominatiuis, ἡ δᾲς, *fax*: ὁ δμὼς, *famulus*: ὁ θὼς, *lupus ceruarius*: τὸ κρὰς, *caput*, ὁ φὼς, *vir*, ἡ φῲς, *inustio facta ab igne in cruribus*: At κῆρος ἦρος, contracta sunt ex κέαρος, ἔαρος, κηρὸς & ἠρὸς regulariter fiunt à rectis, τὸ κῆρ & ἦρ.

Polysyllaba quintæ simplicium, quæ accentum in vltima habent, retinent illum in penultima obliquorum, quæ acuitur si breuis sit, λαμπὰς, λαμπάδος, *lampas*: ποιμὴν, ποιμένος, *pastor*.

Si vero longa sit, circumflectitur, nisi obstet

aliqua regula generalis, σωτὴρ, *Saluator*, σωτῆρος, ἀγὼν, ἀγῶνος, *certamen*.

Diphthongi αι & ου finales circumflectuntur, ὦ βασιλεῦ, πανταχοῦ, *vbique*.

Excipe aduerbium ἰδοὺ, ad differentiam imperatiui ἰδοῦ, *vide*, vt τύπτου.

Vocatiuus in ες, à propriis in ης, est proparoxytonus, ὁ Δημοσθένης, ὦ Δημόσθενες, σωκράτης, ὦ σώκρατες.

Irregularia sunt ἡ μία, *vna*, τῆς μιᾶς, τῇ μιᾷ, τὴν μίαν. μηδεμία, μηδεμιᾶς. ἄμφω, *ambo*, ἀμφοῖν: δύο, *duo*, δυοῖν: μήτηρ, *mater*, Δημήτηρ, *Ceres*, θυγάτηρ, *filia*, quæ in obliquis paroxytona sunt, τῆς μητέρος, τῆς θυγατέρος. Item in vocatiuo, ὦ σῶτερ, ἄνερ, δᾶερ, πάτερ, à rectis, σωτὴρ, ἀνὴρ, δαὴρ, πατήρ.

DE ACCENTIBVS QVORVNdam Nominum.

Composita à κτείνω, *occido*, τρέφω, *nutrio*, φθείρω, *corrumpo*, cum actiue capiuntur, sunt paroxytona, πατροκτόνος, *parricida*, θηροτρόφος, *qui feras nutrit*: λαοφθόρος, *qui populum corrumpit*. Si vero passiue vsurpentur, προπαροξύτονα sunt; πατρόκτονος, *à patre interfectus*, θηρότροφος, *à feris nutritus*, λαόφθορος, *à populo corruptus*.

Composita à χέω, *fundo*; βάλλω, *iacio*; πολῶ, *verto*; λέγω vel λόγος, cum habent præpositionem, προπαροξύτονα sunt, πρόχοος, *æqualis*; σύμβολος, *omen*; περίπολος, *qui circumit*; κατάλογος, *catalogus*. Cum vero aliam particulam præpositam gerunt,

gerunt, παροξύτονα sunt, οἰνοχόος, *pincerna*, ἑκηβόλος, *eminus iaculans*, ὑμνοβόλος, *qui hymnos tractat*, θεολόγος, *Theologus*.

Proparoxytona sunt substantiua in εια ab adiectiuis primæ contractæ: ὁ καὶ ἡ, ἀληθὴς, ἀλήθεια, *veritas*, εὐσεβὴς, εὐσέβεια, *pietas*, ἀσεβὴς, ἀσέβεια, *impietas*.

Similiter nomina in οια, ἀνοῦς, εὔνους, εὔνοια, *beneuolentia*, ἄνους, ἄνοια, *stultitia*, διάνοια, *intelligentia*.

Item in ια & ειρα à substantiuis masculinis, ὁ ψάλτης, ψάλτρια, ὁ ποιητὴς, ποιήτρια, ὁ δοτὴρ seu δωτὴρ, ἡ δότειρα seu δώτειρα.

DE ACCENTIBVS VERBORVM.

ACcentus verborum & participiorum obseruandi sunt in verborum coniugationibus, τύπτω, φιλέω, τιμάω, δηλόω, τίθημι, ἵστημι, δίδωμι, δείκνυμι. Eodem enim accentu reliqua omnia verba notantur, & si quid peculiare in nonnullis occurrat, id notatum est in singulis coniugationibus.

Accentus aliarum partium orationis vsu obseruandi & discendi sunt.

DE ENCLITICIS.

Enclitica dicuntur illa, quæ proprium accentum in contextu orationis vel omnino amittunt; vel ad vltimam syllabam præcedentis dictionis remittunt, vel certe ex vno loco in alium transferunt, vt εἶπέ μοι, *dic mihi*,

εἴ τις, *si quis*. ἐστι πόλις, *est ciuitas*, quamuis interdum suum quoq; accentum retineant.

Reperiuntur enclitica in sequentibus partibus orationis.

In articulo, τοῦ, & Poetice τεῦ, pro indefinito τινὸς, *alicuius*, & τῷ pro τινὶ, *alicui*.

In nomine encliticum est indefinitum τὶς, cum omnibus suis casibus. At τίς, τί, *quis, quæ, quod*, interrogatiuum, non est encliticum. Nusquam enim suum accentum amittit.

In pronomine primæ personæ enclitica sunt tantum: μοῦ, & huius dialectus μεῦ, μοὶ, μὲ, non autem ἐμοῦ, ἐμοὶ, ἐμὲ, vt nec dialecti inde natæ.

Secundæ personæ enclitica hæc sunt, σοῦ, & eius dialecti τεῦ & σεῦ, σοὶ, cum dialecto τοὶ, σε, eiusq; dialectus τὺ & τέ.

Tertiæ personæ enclitica sunt οὗ cum dialectis εὗ & ἕθεν, & ἕο, vt quibusdam οἷ, ἕ.

In duali eiusdem personæ encliticum est σφὲ & σφῶ, seu σφωὲ, quando accipitur pro σφὲ tertiæ personæ; nam σφῶ secundæ personæ non est encliticum.

In plurali eiusdem Personæ encliticum est σφίσι, & σφὶν seu σφὶ pro σφίσι, vt & σφέας pro σφᾶς: & ψὲ pro σφὲ seu σφέας. His adde Poëtica pronomina μὶν & νὶν pro ἕ, de quibus supra capite 12.

Ex verbis duo sunt enclitica εἰμὶ, *sum*: & φημὶ, *dico*, in omnibus personis & numeris præsentis temporis indicatiui modi, exceptis secundis singu-

ſingularibus φὴς & εἶ, quæ non inclinantur, licet aliqui contrarium aſſerant ſaltem de εἶ. Neque enim de encliticis idem omnes ſentiunt, nam quaſdam voces habent nonnulli pro encliticis, quas alii ab encliticis excludunt. Cæterum εἷς, acutum pro εἶ plerique encliticis annumerant.

Inclinantur etiam nonnullæ horum verborum dialecti, vt ἐσσὶ, *es*, ἐντὶ, *eſt*, item φατὶ pro φησὶ, & φαντὶ pro φασί.

Ex aduerbiis enclitica ſunt ποθὲν, ποθὲ, *alicunde*, ποθὶ, *alicubi*, ποτὲ, *aliquando*, πῶς, *quodammodo*, πῶ, *adhuc, dum*, πῆ, *alicubi*, ποὺ, *vſpiam*, & ſimilia, cum non pro interrogatione, ſed infinite accipiuntur.

Ex coniunctionibus multæ ſunt encliticæ, γὲ, κὲ, τὲ, κὲν, πὲρ, ῥὰ, νὺ, θὴν, & ſimiles.

REGVLAE DE ENCLITICIS.

Si ante dictionem encliticam ſit vocabulum proparoxytonum, aut properiſpomenon, tum accentus encliticæ migrat in vltimam eius ſyllabam, ἤκουσέ με, *audiuit me*, ἤκουσέ τινος, *audiuit aliquem*, ἄνθρωπός ἐστι, *homo eſt*, σῶμά σου, *corpus tuum*. Si tamen vltima producatur poſitione, non recipiet acutum encliticæ, κῆρυξ ἐστὶ, non κῆρύξ ἐστι, αὖλαξ ἐστὶ.

Excipe pronomina enclitica quando ponuntur cum particulis, ἕνεκα εἵνεκα, οὕνεκα, *propterea, eius rei gratia*, ἕνεκα μοῦ, *propter me*, ἕνεκα σοῦ, *propter te*.

Si encliticam dictionem præcedat vox paroxytona, tunc enclitica, si sit monosyllaba, suum accentum omnino perdit. Ἀτρείδης, λόγος μου, *sermo meus.*

At si dissyllaba sit enclitica, tunc seruat accentum: λόγος ἐστὶ, *sermo est*, Πέτρος φησὶ, *Petrus dicit.*

Quod si præcedens dictio penultimam sola positione longam habeat, vltimamq; breuem, enclitica sequens remittit accentum suum in precedentis vltimam, non secus, quam si vocabulum properispomenon præcederet, vt quibusdam placet: ἄνδρά μοι ἔννεπε. *Dic mihi virum.* ἄνδρά τινα, *quendam virum*, alii tamen æque probabiliter volunt, accentum non remitti, sed amitti, si dictio enclitica sit monosyllaba: retineri autem si sit dissyllaba, ἄνδρα μου, ἄνδρα τινά.

Si dictio præcedens encliticam, sit oxytona, aut perispomena, tunc enclitica suum accentum amittit, siue sit monosyllaba, siue polysyllaba, πατήρ μου, *pater meus*; ὁρᾷ με, *videt me.* ὁρῶ τινας, *video quosdam.*

Retinetur tamen tunc in altera dictione accentus acutus, qui in contextu orationis mutandus erat in grauem, πατρός ἐστι. *patris est.* θεός σου, *Deus tuus.*

Plerique docti volunt Pronomina enclitica retinere accentum, quando ponuntur cum præpositionibus, aut cum disiunctiuis coniunctionibus, διὰ σὲ, *propter te.* περὶ σοῦ, *de te.* κατὰ μὲ ἢ σέ, *secundum me aut te.*

Cùm

Cùm plura enclitica concurrunt , tunc prius posterioris accentum recipit, dicunturq́; Synenclitica, τύπτουσί τινές με, *verberant me aliqui.*

Persona ἐστὶ, cum principium orationis est; aut subdita post οὐκ, καὶ, ἀλλὰ, ὡς, εἰ, τοῦτο: remittit accentum in priorem suam syllabam: ἔστι πόλις, *est ciuitas:* καὶ ἔστιν, *& est:* οὐκ ἔστιν, *non est:* ὡς ἔστι, *vt est:* εἰ ἔστι, *si est:* τοῦτ' ἔστι, *hoc est.* Alias vel amittit, vel in præcedentem dictionem reiicit, vel in vltima sua retinet: iuxta regulas ante præscriptas.

Quædam dictiones omni accentu carent, ὁ, ἡ, εἰς, ἐς, ἐκ, ἐξ, ἐν, οὐ, οὐκ, possunt tamen habere accentum dictionum encliticarum , si illas in oratione præcedant, ὅγε, ἥγε, οὔ μοι ἁνδάνει , *non placet mihi.*

Οὐ tamen etiam tunc, cum periodum claudit, acutum accentum recipit, hoc modo οὔ. similiter & præpositio ἐξ cum aut in fine versus apud Poëtas, aut in fine periodi apud oratores collocatur ἔξ.

Porro quæ hactenus de encliticis tradidimus, clarius fortassis ex subiecta tabella intelligentur.

DICTIONES ENCLITICAE
Monosyllabæ.

Articul. { του, τευ, τῷ pro indefinito τινὸς τινί.
Nom. { τὶς, τὶ indefinitum.

Pronom. { μου, μεῦ, μοι, με.
σου, σευ, τευ, σοι, τοι, σε, τυ, τε.

	οὗ, σοῦ, οἷ, ἕ, σφε, σφω, ψε.
Verb.	σφιν, σφι, μιν, νιν.
Aduerb.	εἴς, acutum.
Coniunct.	πως, πω, πη, που & alia.
	τε, γε, τοι, που, περ, νη, κε, κεν, νυ, νυν, θην, ῥα, μὲν, & similes.

Ponuntur vocabula loco regularum. Itaque si occurrat dictio cuiuscunq; partis, accentum habens, vt hæc nomina posita enclitice suum accentum vel transferũt vel amittunt, vel retinent, vt in tabella vides.

ἄνθωπος	transferunt.	ἄνθωπός τις.
ἄνδρα		ἄνδρά σε.
σῶμα		σῶμά σου.
ζώων	amittunt.	ζώων μου.
λέγειν		λέγειν σε.
λόγος		λόγος σου.
ὁρῶ		ὁρῶ σε.
ἀγαθὸν		ἀγαθόν τι.

Retinent aliquando cum ponuntur ἐμφατικῶς, vt ἤκουσα σοῦ, *audiui te & non alium.*

DISSYLLABAE.

Nom.	τινος, τινι, per omnes casus & numeros.
Pronom.	ἕθεν, ἕο, σφωέ, σφίσι, σφέας.
Verb.	εἰμι, ἐασι, ἐστι, ἐντι, ἐστον, ἐσμεν, εἰμεν, ἐστε, εἰσι, φημι, φησι, φατι, φατον, φαμεν, φατε, φασι, φαντι.
Aduerb.	ποθεν, ποτε, ποθι, ποθε, & si quæ sunt alia.

ἄνθρωποι	transferunt	ἄνθρωποί τινες.
σῶμα		σῶμά τινος.

ἀγαθὸν, ὁρῶ	amittunt	ἀγαθόν τινα. ὁρῶ τινας.
ζώων, λέγειν, λόγος, ἄνδρα	retinent	ζώων ἐστί. λέγειν τινά. λόγος τινός. ἄνδρα τινος.

προπερισπώμενον, vltima longa positione, vt κῆρυξ ἐστίν.

CAPVT. XXIII.

DE RATIONE INVESTIGANDI THEMATA.

Diximus cap.18.generatim de verbis defectiuis & anomalis. Nunc ordine alphabetico contexendus est in gratiā iuuentutis catalogus anomalorum, qui sit instar lexici, rationemq; thematis vel inuestigandi, vel in sua tempora deducendi ostendat, quod vt legitime fiat, primo necesse est, vt paradigmata omnium coniugationum probe perspecta, animoq; comprehensa habeantur. Quo facto, si offeratur vocabulum, dubitesq;, num sit anomalum, ad regulas superius generatim de anomalis traditas, confugiendum erit Vt si quis hæreat, vtrum ἄχθομαι, λαμβάνω, ἀρέσκω, πολεμησείω, & similia sint anomala , facile omnem dubitationem eximet caput modo nominatum de anomalis.

Quod si quis non in ipsum thema , sed in tempus à præsenti distinctum incidat considerandæ diligenter erunt syllabæ illius dictionis, quæ qualesque sint. Ex harum enim accurata inspectione thema vel sine lexico , vel opera lexici facile deprehenditur. Vt si occurrat, verbi gratia , participium passiuum, ὁ φθησόμενος, futurum illius passiuum indicatiui modi, necessario erit φθήσομαι, & Aoristus primus ὤφθην, ab hoc enim formatur futurum. Rursus ascendendo

dendo ad præteritum, inuenies iuxta regulas traditas in verbis, tertiam personam præteriti, esse ὦπται. Nam π & τ tenues transierunt in Aoristo in aspiratas. Prima ergo persona erit, ὦμμαι. Præteritum actiuum ὦφα siue sit vsitatum, siue non; de hoc enim sollicitus non erit qui themata indagabit. Futurum actiuum ὄψω, siquidem ω præteriti fuit augmentum temporale. Thema igitur erit vel ὄβω, vel ὄπω, vel ὄφω, vel ὄπτω, vel si actiua vsitata non sint, Thema erit ὄβομαι, vel ὄφομαι, vel ὄπτομαι. Adhibe tandem lexicon, si aliter te expedire nequiueris, & reperies ὄπτομαι.

Sicut autem apud Latinos ex OR finitis actiuam fingere vocem, ius fasque est, vt eo facilius deponentia & communia, quæ sub passiua tantummodo terminatione vsurpantur, tempora formemus; ita & multo magis apud Græcos, recurrendum est ad actiua, etiamsi sint obsoleta, & inaudita, vt eo promptius ad illa tempora, quæ sub passiua voce tantum reperiuntur, formanda ascendamus, vt in hoc exemplo vides. βούλομαι, sua tempora sumit à βουλέομαι. Accipe ergo inusitatum βουλέω, futurum erit, βουλήσω, Præteritum βεβούλημαι, *volui*, βεβούλησαι, *voluisti*, βεβούληται, *voluit*. Hinc Aoristus primus ἐβουλήθην, ἐβουλήθης, ἐβουλήθη. Futurum primum, βουληθήσομαι, Futurum medium, βουλήσομαι, & sic ordine per alios modos.

Quod si offeratur futurum in ήσω, vel Aoristus participii in ήσας, noueris tempus illud plerunque à verbo in εω vel in αω deriuari, licet fieri possit, vt tempus hoc in præsenti non sit amplius vsitatum, cum sæpe ex circumflexis præsentibus facta sint Barytona, vt αὔξω ab αὐξέω, *augeo, cresco*, & similia.

Si vero futurum in ασω exeat, thema erit verbum in αω vel αζω, si in ώσω vel οσω, thema erit οω vel ώω, quod si futurum desinat in ισω per iota, thema plerumque erit verbum in ιζω, aut ιω. Si vero in υσ, tunc thema erit verbum in υζω vel υω, vel υμι.

Multum quoque conducit ad expeditam temporum formationem, thematisq; inquisitionem, vt quis ex compositis abiiciat præpositionem, aut vocabulum quod compositio-

poſitionem facit; hoc enim facto multo certius thema indagabis, aut indagatum per ſua tempora deduces. Vt ſi incidas in Aoriſt. 1. paſſiuum κατελείφθην, *relictus ſum*, ſtatim aduertes eſſe compoſitum ex κατὰ, abiice ergo præpoſitionem, remanebit ἐλείφθην, tunc adhibitis regulis & documentis, hic & alias paſſim traditis, inuenies tandem λείπω, *relinquo*; λείψω, λέλειφα, λέλειμμαι, λέλειψαι, λέλειπται, ἐλείφθην, ἐλείφθην, λειφθήσομαι, cum κατὰ, καταλείπω, καταλείψω, καταλέλειφα. Nam in formatione temporum recta ad futurum, & inde ad præteritum actiuum, hinc ad paſſiuum; ab hoc ad Aoriſtum primum, & tandem ad futurum primum veniendum eſt. Hæc enim tempora ex ſeſe valde concinne apta ſunt, & ab exercitato vnico fere momento percurruntur. Sed nunc ipſum verborum difficiliorum catalogum ſubiungamus, vt verba anomala, quæ in quotidianis prælectionibus occurrunt, hinc ſtudioſa iuuentus ſine magno labore petere poſſit.

A.

Ἄγαμαι, *miror, ſuſpicio, laudo, probo*. Futur. med. ἀγάσομαι. Aor. 1. med. ἠγασάμην. Aor. paſſ. ἠγάσθην ab ἀγάζομαι, *admiror, veneror*; quod itidem in vſu eſt. Poetæ pro ἄγαμαι dicunt interdum, ἀγάαμαι interpoſito α.

Ἄγω, *duco*. Futurum ἄξω. Præteritum ἦχα. Attice, ἀγήοχα pro ἄγηχα, interiecto ο Præteritum paſſiuum ἦγμαι ἦξαι, ἦκται. Aoriſtus primus ἤχθην. Futurum primum ἀχθήσομαι. Aoriſtus ſecundus actiuus eſt ἦγον, & addito γα, ἤγαγον. Hinc ἄγαγε, ἀγάγοιμι, ἐὰν ἀγάγω, ἀγαγεῖν, ὁ ἀγαγὼν, Ionice, ἀγάγας. Futurum ἄξω: vnde præſens ἄξω, & in præſenti imperatiui, ἄξε, ἀξέτω: Nam ſupra cap. 8. diximus, futurum quorundam verborum pro præſenti vſurpari, ὄρω, *concito*, ὀρῶ, & Æolice ὄρσω. Hinc præſens ὄρσω. Paſſ. ὄρσομαι. Imperfect. ὠρσόμην. Imperat. ὄρσου, *expergiſcere*, Ionice, ὄρσεο. Sic δύσω, οἴσω, βήσω, λέξω, pro δύω, *ſubeo*: βάω ſeu βαίνω, *eo*: οἴω *ſeu* φέρω, *fero*: λέγω, *dico*. Sic τέρσω à τείρω, *attero*: δοάσω vel δοιάσω, *delibero*: à δοάζω vel δοιάζω.

Ἄγνυμι, *frango*. Futurum ἄξω, Aoriſtus primus ἦξα, & diæreſi ἔαξα; quæ diæreſis aliis quoque temporibus familiaris eſt: ἦχα, ἔαχα. Paſſiuum ἦγμαι, ἔαγμαι, ἔαξαι, ἔακται. Aoriſtus

ſecundus

ſecundus, ἦγον, ἔαγον. Præterit. med. ἦγα, ἔαγα; κατέαγα, *fractus ſum*. Aoriſtus ſecundus paſ. ἤγην, ἐάγην, κατεάγην.

Obſeruandum porro eſt, verba quæ in præſenti γνύω & γνυμι habent, formare ſua tempora, quæ vltra imperfectum ſunt, à verbis in γω: ζευγνύω, ζεύγνυμι, *iungo*. Futurum ζεύξω. Præteritum ἔζευχα, ἔζευγμαι. Hinc ζεῦγμα, iunctura. Aoriſtus primus, ἐζεύχθην. Aoriſtus ſecundus actiui ἔζυγον, paſ. ἐζύγην. Præteritum medium ἔζευγα; omnia ab inuſitato ζεύγω: Sic μιγνύω, μίγνυμι, *miſceo*, à verbo μίγω. Futurum μίξω, ἔμιξα, μέμιχα, μέμιγμαι: μοργνύω, μόργνυμι, *abſtergo*; μόρξω, ἔμορξα, à μόργω: πηγνύω, πήγνυμι, *coaleo, compingo*, πήξω, ἔπηξα. Aoriſtus ſecundus, ἔπαγον paſſ. ἐπάγην. ῥυγνύω, ῥύγνυμι, ῥήξω, ἔρρηξα, ἔρραγον, ἐρράγην. Et eadem eſt ratio compoſitorum, quibus adde ὀμόργνυμι, *abſtergo*, ὀρέγνυμι, *appeto*, ὀρέξω, ὤρεξα, ὤρεχα, ὤρεγμαι, ὤρεξαι.

Ἅδω, *placeo*, Præteritum med. ἧδα diæreſi, ἔαδα. Particip. ἐαδώς.

Αἱρέω & αἱρέομαι, *eligo, capio, ſumo*. Futurum medium, αἱρήσομαι. Præteritum paſſ. ᾕρημαι, ᾕρησαι, ᾕρηται. Aoriſtus primus, ᾑρέθην Aoriſtus ſecundus medius, εἱλόμην ab ἕλω. Aoriſtus 2. act. εἷλον; & eadem eſt ratio compoſitorum, καθαιροῦμαι, ἀφαιροῦμαι, *occidor, perdor, auferor*, & ſimilium.

Αἰσθάνομαι, *ſentio*. Futurum αἰσθήσομαι ab αἰσθέομαι. Vnde vero verba in ανω & ανομαι ſua tempora ſumant, dictum eſt cap. 18.

Ἀλέξω, *iuuo*. ἀλεξήσω ab ἀλεξέω.

Ἀλάλημαι, *erro*, ab ἀλάω, ἄλημι, ἄλημαι, & cum reduplicatione ἀλάλημαι.

Αἴρω, *tollo*. Futurum ἀρῶ. Aoriſtus primus, ἦρα vel ἦρα. In Aoriſtis primis extra indicatiuum habet α futuri, ἆρον, *tolle*, ἄραιμι, ἄρω, ἆραι, ἄρας, cum ἀπὸ ἀπάρας. Quod etiam in Aoriſtis ſecundis fit, ἦρον, ἠρόμην, ἀροίμην, ἄρωμαι. Præteritum ἦρκα, paſſ. ἦρμαι, Pluſquamperfectum, ἤρμην, ἦρσο, ἦρτο. Hinc ἄωρτο, *pependerat*. Aoriſtus primus, ἤρθην. Imperat. ἄρθητι, *tollere*. Præteritum med. ἤρηρα, & repetitione Attica, ἄρηρα.

Ἁλίσκομαι, *capior*. Futurum ἁλώσομαι. Præteritum ἥλωκα, ἑάλωκα, paſſ. ἑάλωμαι. Aoriſtus ſecundus, ἥλων, ἑάλων. In-

finit.

finit. ἁλῶναι, Particip. ἁλοὺς, ἁλόντος, ab ἅλωμι, tertiæ coniugationis verborum in μι, absq; reduplicatione. Omnia significationis passiuæ sub actiua terminatione.

Ἀναλίσκω, *consumo*. Futurum ἀναλώσω. Præt. ἀνήλωκα & ἀνάλωκα sine augmento, & ἠνάλωκα, & in passiuo, ἀνήλωμαι, ἀνάλωμαι, ἠναλώμην.

Ἁμαρτάνω, *pecco*. ἁμαρτήσω, ἡμάρτηκα, ἡμάρτημαι. Aorist. secundus, ἥμαρτον. Poetice ἤμβροτον, *peccasti*, tanquam ab ἀμβροτέω.

Ἀμφιέννυμι & ἀμφίεμαι, *induo*. Futurum ἀμφιέσω, & Poetice, ἀμφιέσσω, *induam*. Est autem compositum ab ἀμφὶ & ἕω seu ἱέω. Hinc ἵεμαι, & compositum ἀμφίεμαι, & per quartam coniugationem ἀμφιέννυμαι ab ἀμφιεννύω; quæ omnia ab ἕω, tanquam ab origine manant. Præteritum passiuum ἠμφίεσμαι, *indutus sum*, & ἠμφίειμαι, cum duplici augmento. ἕω, ἕσω, εἷσα; εἷκα. Pass. εἷμαι. augetur enim per ει. Hinc cum ἀμφὶ, ἠμφίειμαι, ἠμφιειμένος, *indutus*, & ἠμφιεσμένος.

Obseruandum autem est verba in νύω & ννυμι, sumere sua tempora à verbis in εω, vel αω, vel ωω, quod cognoscere poteris ex vocali proxime antecedente duplex illud νν; κορεννύω, κορέννυμι, *saturo*, à κορέω: στορεννύω, στορέννυμι, à στορέω, *sterno*, quia in his ante duplex illud ν reperitur ε. At πεταννύω, *expando*, πετάννυμι, à πετάω, πετάσω, ἐπέτασα; κεραννύω, *misceo*, κεράννυμι, à κεράω, κεράσω, ἐκέρασα, & per syncopen, κρᾶσαι. Præt. κέκρακα. Part. κέκραμαι, & sine syncope κεκέρασμαι, addito σ. Sumunt hæc tempora à verbis in αω, quia α habent ante νν duplex. At sequentia à verbis in ωω, quia ω habent, ζωννύω, ζώννυμι, *cingo*, à ζώω, ζώσω, ἔζωσα. Præterit. ἔζωκα. Passiuum, ἔζωσμαι, *cinctus sum*. Hinc verbale ζῶσμα, & abiecto σ, ζῶμα, *cingulum*. Aoristus primus, ἐζώσθην, ἐζώσθης, ἐζώσθη: στρωννύω, στρώννυμι, à στρώω, *sterno*. στρώζω, ἐστρώθην, ἔστρωκα, ἔστρωμαι, *stratus sum*, ἐστρώθην: ῥωννύω. ῥώννυμι, *valeo*, à ῥώω, ῥώσω, ἔρρωσα, εἴρρωκα, ἔρρωμαι. Aoristus ἐρρώσθην: χωννύω, χώννυμι, *fodio, aggerem facio*, à χώω, χώσω, ἔχωσα, κέχωκα, κέχωσμαι, κέχωσαι, κέχωσται: χρωννύω, χρώννυμι, à χρώω, *coloro*, χρώσω, ἔχρωσα, κέχρωσμαι.

Hinc χρῶμα, *color*, abiecto σ præteriti, & χρῶσις, *coloratio*. Eadem est ratio compositorum.

Ἀναίνομαι, *renuo, recuso*. Perfectum, ἀνήνημαι, ἀνήνησαι, ἀνήνηται, quasi ab ἀναινέω, ex ἀνὰ & αἰνέω. Hinc Aorist. 1. med. ἠνηνάμην, *repudiaui*, cum duplici augmento.

Ἀνοίγω, *aperio*, ab ἀνὰ & οἴγω. Futurum, οἴξω, ἀνοίξω. Aoristus primus, ὦξα. Attice ἔωξα, ἀνέωξα. Præteritum, ἀνέωχα. Passiuum ἀνέωγμαι. Aoristus primus, ἀνεώχθην & ἠνεώχθην, & per syncopen, ἀνεώχθην, *apertus sum*, Poetice, ἀνιώχθην, Præteritum medium, ἀνέωγα, ἀνῶγα, & ἠνέωγα, cum augmento duplici.

Ἀπολέω, ἀπολλύω, ἀπόλλυμι, *pereo, perdo*. Futurum ἀπολῶ, vel ἀπολέσω, hoc ab ἀπολέω, illud ab ἀπόλλω, cōposito ex ἀπὸ & ὄλλω. Futurum ὀλῶ, *perdam*. Præteritum medium ὦλα, & repetitione Attica, ὄλωλα, cum ἀπὸ, ἀπόλωλα, ὀλωλώς, ἀπολωλώς, vel in Præter. act. ἀπώλεκα, ἀπολόλεκα. Aorist. 2. med. ὠλόμην, ἀπωλόμην.

Ἀπέσκληκα, *indurui*, ἀπεσκληκώς, ἀπεσκληκέναι, ab inusitato ἀποσκλάω. Optatiuus ἀφοσκλαίην, ab ἀπόσκλημι, præteritū simplex est ἔσκληκα. Aoristus 2 ἔσκλην à σκλῆμι. Thema vsitatum est σκέλλω seu σκάλλω, *exsicco, arefacio*. Futurum σκαλῶ. Aoristus 1. ἔσκαλα & ἔσκηλα. Hinc Aoristus Æolicus, σκήλεια, σκήλειας, σκήλειε, *arefecerim, induererim*.

Ἀρέσκω. Futurum ἀρέσω, ab ἀρέω, *placeo*.

Αὔξω, αὐξάνω, *cresco augeo*, αὐξήσω.

Ἀπόχρη, *sufficit*, impersonale per apocopen, pro ἀπόχρησι, à verbo inusitato ἀπόχρημι. Imperfectum ἀπέχρη, *sufficiebat*. Futurum ἀποχρήσει, *sufficiet*. Aoristus primus, ἀπέχρησε, *suffecit*.

B.

Βαίνω, *vado*. βήσω. βέβηκα. à βάω. Aorist. 2 ἔβην à βῆμι. Sic καταβαίνω, κατέβην, *descēdo*, ἀναβαίνω, *ascendo*, ἀνέβην. Imperat. βῆθι, *vade*. κατάβαθι, *descende*, ἀνάβαθι, *ascende*, per α, pro κατάβηθι, per apocopen κατάβα, ἀνάβα, sicut ἀνάστα, *resurge*, pro ἀνάστηθι.

Βάλλω, *iacio*, βαλῶ, & Poetice βαλλήσω, quasi à βαλλέω. Præteritum βέβληκα, quasi à βλέω, βέβλημαι, ἐβλήθην, *iactus proiectus sum*.

Βιβρώ-

Βιβρώσκω, *edo*, βρώσω, ἔβρωσα. Nam quædam Barytona reduplicationem habent, vt in cap. 18. dictum est.

Βιόω, *viuo*, βιώσομαι, Aorist. 2. ἐβίον, à βίομαι. Imperat. βιῶθι, *viue*. Optat. βιοίην, vt δοίην, & βιώην, vt δώην. Infinit. βιῶναι. Participium, βιούς, βιόντος.

Βούλομαι, *volo*, βουλήσομαι, βεβούλημαι, βλαστάνω, *germino*. βλαστήσω, ἐβλάστησα. Aoristus secundus ἔβλαστον.

Γ.

Γαμέω, *vxorem duco* Futurum γαμήσω. Aoristus primus ἔγημα. Infinitiuus, γῆμαι, à γάμω. dicitur etiam ἐγάμησα, perfect. γεγάμηκα, γεγάμημαι, ἐγαμήθην *nupta sum*.

Γηράσκω, *senesco*, γηράσω, à γηράω.

Γίνομαι & γίγνομαι, *fio sum*. Futurum γενήσομαι. Præter. γεγένημαι. Aoristus primus ἐγενήθην. Aoristus primus medius ἐγενησάμην Aoristus secundus, ἐγενόμην, ἐγένου, ἐγένετο, & syncope ἔγεντο & γέντο, sine augmento. Præteritum med. γέγονα, γέγονας, à γείνω: & Aoristus primus med. ἐγεινάμην. Participiū γεινάμενος. Futurum primum med. γενοῦμαι. Dicitur etiam γεννάω, per duplex νν. Hinc Aoristus primus, ἐγέννησα, med. ἐγεννησάμην, ἐγεννήσατο. & facta syncope ἐγείνατο & γείνατο ablato augmento. Sumit igitur γίγνομαι sua tempora à tribus, γενέομαι, γείνω, γεννάω.

Γινώσκω, *cognosco*. Futurum γνώσομαι. Præteritum ἔγνωκα, à γνόω. Aoristus secundus ἔγνον. Imper. γνῶθι, *nosce*. Infin. γνῶναι. Partic. γνούς. Sic ἀναγινώσκω, *lego*, ἀναγνώσω, ἀνέγνωσα, ἀνέγνωκα, ἀνέγνων. Præteritum passiuum ἀνέγνωσμαι. Sic καταγινώσκω, *condemno, improbo*.

Δ.

Δαίω, *scio, diuido, depascor*, δαήσω, à δαέω Passiuum δεδάημαι & δέδασμαι à δάζημαι. Aoristus secundus ἐδάην. Præteritum med. δέδηα.

Δάκνω, *mordeo*, δήξω. Aoristus secundus ἔδακον. Aoristus primus ἔδηξα. Passiuum δέδηγμαι, ἐδήχθην, *morsus sum*. Et sic de cæteris temporibus.

Δεικνύω & δείκνυμι, *ostendo*. Futurum δείξω, ἔδειξα, & ita deinceps etiam in compositis, καταδείκνυμι, *demonstro*, ἐπιδείκνυμι, *demonstro*, ὑποδείκνυμι, *suggero*.

Δαρθάνω, *dormio*. Futurum δαρθήσομαι.

Δέω, *ligo*. Futurum δέσω & δήσω. Aoriſt. primus ἔδησα, δέδεκα, *ligaui*. & δέδηκα paſſiuum δέδεμαι. Hinc ἐδέθην, *ligatus ſum*, & δέδημαι, ἀναδέδημαι à quo verbale ἀνάδημα, *redimiculum*, διαδέδημαι, διάδημα, *diadema, corona*.

Δέομαι, *rogo*, δεήσομαι, Perfectum δεδέημαι. Aoriſtus primus ἐδεήθην, à δεδέομαι.

Δείδω, *timeo*. Perfectum δέδεικα. Medium δέδοικα, pro δέδοιδα, Euphoniæ cauſſa. Ionice, δέδια. Nam Iones ex communi præterito auferunt κ, & penultimam corripiunt, δέδοικα, *timui*, δέδια: βαίνω, βάω, *vado*, βέβηκα, βέβαα. Participium βεβάως. Qua de re dictum eſt cap. 15. Aoriſt. paſſiuus Imperat. δέδιθι & δέδιθι, pro δεδίχθι à δεδίττομαι, *territo* ſeu *territor*, *attonitus ſum*.

Διδάσκω, *doceo*. Futurum διδάξω. Aoriſtus primus ἐδίδαξα, δεδίδαχα, δεδίδαγμαι, ἐδιδάχθην.

Διδράσκω, *fugio*. Futurum διδράσω à διδράω. Aoriſtus ſecundus, ἔδραν, *fugi*, pro ἔδρην, ἔδρησαν, *fugerunt*, διαδρὰς, διαδράντος, à διάδρημι.

Δοκέω, *appareo, video, puto*. Futurum δοκήσω & δόξω, ἔδοξα, δέδογμαι. Hinc δόγμα.

Δύω, *ſubeo, ingredior*. Futurum δύσω. Aoriſtus ſecundus, ἔδυν à δῦμι.

E.

Ἔδω, *edo*. Perfectum ἦκα, Attice ἐδήκα, & per pleonaſmum, ἐδήδοκα. Præteritum medium ἦδα. Attice ἐδήδα. Participium ἐδηδὼς, *qui edit*. Futurum medium ἔδομαι, *edam*, pro ἐδοῦμαι, vt φάγομαι *edam*, πίομαι, *bibam*.

Ἐθέλω, *volo*. Futurum ἐθελήσω ab ἐθελέω.

Ἔθω, *aſſueſio*. Præteritum medium εἴωθα, *ſolitus ſum, conſueui*, pro εἶθα.

Εἴδω, *ſcio, video*. Futurum εἴσομαι vel ἴσομαι remoto ε. Futurum actiuum eſt εἴσω vel ἴσω, *ſciam*. Hinc præſens εἴσκω ſeu ἴσκω, *ſcio*. Aoriſt. 1. εἶσα, medius εἰσάμην, & Attice ἐεισάμην. Hinc ἐεισάμενος. Præter. med. οἶδα. Nam ει mutatur in illo præterito in οι. Aoriſt. 2. εἶδον, Poetice ἴδον, etiam extra indicatiuum, ἴδε, *vide*, ἴδοιμι, ἴδω, ἰδεῖν, ἰδών. Optatiuus præ-

ſens εἰδείην. Infinitiuus εἰδέναι ab εἴδημι. Aliud futurum eſt εἰδήσω ab εἰδέω. Perfectum εἴδηκα. Pluſquamperfectum εἰδήκειν. Participium εἰδηκώς, & ſyncope facta εἶδα, εἴδειν, Attice ἤδειν, mutato ει in η. Participium, εἰδὼς, εἰδότος.

Ἔρομαι, *interrogo*. Futurum ἐρήσομαι. Aoriſt. 2. ἠρόμην.

Ἔρχομαι, *venio, accedo*. Futurum medium ἐλεύσομαι, *veniam*. Participium ἐλευσόμενος ab ἐλεύθω. Aoriſtus ſecundus ἤλυθον, ἤλυθες, ἤλυθε, & facta ſyncope, ἦλθον, ἦλθες, ἦλθε. Infinitiuus, ἐλθεῖν. Perfectum actiuum ἤλευκα. Medium ἤλευθα. Attice ἐλήλυκα, ἐλήλυθα. Pluſquamperfectum λελύκειν, ἐλελύθειν.

Εὑρίσκω, *inuenio*. Futurum εὑρήσω ab εὑρέω. Præteritum εὕρηκα, εὕρημαι. Aoriſtus primus εὑρέθην, *inuentus ſum*.

Ἔχω, *habeo*. Futurum ἕξω. Præt. ἔσχηκα à σχέω. Aoriſt. 2. εἶχον & ἔσχον, ἔσχες, Aoriſt. 2. Imper. σχὲς, *habe*, ἐπέχω, *inhibeo*, ἐπίσχες, à σχῆμι, cuius præteritum paſſiuum eſt ἔσχεμαι, ἔσχεσαι, ἔσχεται, à quo regulariter formatur ille Aoriſt. ἐσχέθην, de quo in Barytonis, ἔσχημαι vero fit ab ἔσχηκα.

Εω, *induo* vel *colloco* Aoriſt. 1. εἷσα. augetur enim per ει. Preteritum εἷμαι. Hinc εἷμα, *veſtis*, & reiecto ε, ἱμάτιον, *veſtimentum*, de quo diximus iam ſupra in ἀμφιέννυμι.

H.

Ἦν, *dicebam*, Imperfectum à φημὶ, *dico*. In imperfecto ἔφην, ablatoq; augmento cum φ, ἦν, ἦς, ἦ, *dicebam*.

Θ.

Θάπτω, *ſepelio*. Futurum θάψω, Aoriſtus ſecundus, ἔταφον. Paſſiuum, ἐτάφην, quaſi à τάφω.

Θέλω, *volo*, θελήσω, ἐθέλησα.

Θνήσκω, *morior*, ſumit ſua tempora à θείνω, θνάω, τέθνημι, & θνέω, Futurum medium, θανοῦμαι. Aoriſtus ſecundus ἔθανον. Aoriſt. ſecundus med. ἐθανόμην, à θείνω. Præter. τέθνηκα, *mortuus ſum*, à θνάω, Ionice, τέθνακα, vt βέβηκα, βέβακα, de quo ſupra. Imperat. τέθναθι, *morere*, τεθνάτω, *moriatur*. Optatiuus τεθναίην. Infin. τεθνάναι. Participium τεθνὰς à τέθνημι, verbo reduplicato per ε. Præteritum Bœoticum eſt τέθνεικα, vt τέθεικα, à θνέω, τέθνημι, primæ coniugationis verborum in μι. Ionice τέθνεια. Participium τεθνεὼς, &

ablato ι τεθνεὼς, pro quo vſurpant etiam Poetæ τεθνειὼς, *mortuus*. Inuenitur etiam τεθνήξομαι, *morior*.

I.

Ἱκνοῦμαι, *venio*. Futurum ἵξομαι, à quo fit præſens ἵξω, *venio*. Imperfect. ἶξον. Aoriſtus ſecundus med. ἱκόμην. Præteritum, ἶγμαι, vnde ἄφιγμαι ab ἀφικνοῦμαι, *venio, peruenio*. Omnia ab ἵκω.

ἱλάσκομαι, *placo*. Futurum ἱλάσομαι.

ἵπταμαι, *volo, volas*. Futurum πτήσομαι à πτάω. Aoriſt. 2. ἔπτην, *volaui*. Aoriſt. 2. med. ἐπτάμην. Particip. πτάμενος, ἀποπτάμενος, *auolans*. Infin. πτάσθαι & πτέσθαι α in ε conuerſo: ἐπιπτέσθαι à πτέω. Hinc πτῆμι, & cum reduplicatione ἵπτημι, ἵπταμαι, *volo*.

K.

Κατέζομαι, *ſedeo*. Futurum ſecundum καθεδοῦμαι, iuxta regulam de Aoriſto & futuro ſecundo quartæ coniugationis traditam.

Κάθημαι, *ſedeo* Futurum καθήσομαι.

Καίω vel κάω, *vro*, καύσω. Aoriſtus ſecundus paſſiuus, ἐκάην, *vſtus ſum*.

Κάμνω, *laboro*. Perfectum κέκμηκα pro κεκάμηκα.

Κλάζω, *clango*. Futurum κλάγξω à κλάγγω. Poeticè κεκλάγξω. Perfectum κέκληγα. Aoriſtus ſecundus ἔκλαγον. Præteritum medium κέκληγα pro κέκλαγα. Participium κεκληγὼς, κεκληγότος.

Καλέω, *voco*. Futurum καλέσω, καλήσω. Perfectum κεκάληκα, & ſyncope, κέκληκα. Paſſiuum κέκλημαι, κέκλησαι, κέκληται, *vocatus eſt*. Aoriſt. 1. ἐκλήθην.

Κραίνω, *perficio*, κρανῶ. Aoriſt 1. ἔκρανα. Atticè ἔκρηνα Imperat. κρῆνον, κρηνάτω, perfice, exſequere, & κρήνον, quaſi à κρααίνω.

Κλαίω, vel κλάω, κλαύνω, *fleo*.

Κρέμαμαι, *pendo*. Futurum κρεμάσομαι, à κρεμάομαι.

Κρύπτω, *abſcondo*, κρύψω. Aoriſt. 2. ἔκρυβον. Paſſiuum ἔκρυβα *abſconditus ſum*, quaſi à κρύβω.

Λ.

Λαμβάνω, *accipio*: λανθάνω, *lateo*: λαγχάνω, *ſortior*, & ſimilia.

milia. Vnde sua tempora sumant diximus iam supra cap. 18.

M.

Μάνθανω, *disco*, μαθήσω, ἐμάθησα, ἔμαθον, μεμάθηκα, tanquam à μαθέω.

Μάχομαι, *pugno*, μαχέσομαι & μαχήσομαι, μεμάχημαι, *pugnaui*.

Μείρω, *diuido, partior*, μερίζω. Item *particeps sum, sortior*. Præteritum med. ἔμμορα, factum per metathesin, pro μέμορα, ἔμμορε τιμῆς, *honorem nactus est*. Passiuum μέμαρμαι, & εἵμαρμαι εἵμαρται, *fato decretum est*. Hinc εἱμαρμένη, *fatum*.

Μέλει, Impersonale, *curæ est*. Futurum μελήσει. Aoristus primus ἐμέλησε, *curæ fuit*.

Μιμνήσκω, μιμνήσκομαι, *in memoriam reuoco*. Futurum μνήσω, μνήσομαι. Sic ἀναμιμνήσκω, *recordor*, ἀναμνήσομαι.

O.

Οἴομαι vel οἶμαι, *puto*. Imper. ᾠόμην & ᾤμην. Futurum οἰήσομαι. Perfectum ᾤημαι, ᾤησαι, ᾤηται. Aoristus 1. ᾠήθην, ᾠήθης.

Οἴχομαι, *abeo*. Futurum οἰχήσομαι, ab οἰχέομαι. Aorist. secundus med. ᾠχόμην, ᾤχου, ᾤχετο.

Ὀμνύω, ὄμνυμι, *iuro*. Futurum ὀμόσω.

Ὀπτάνομαι & ὄπτομαι, *video*. Futurum ὄψομαι. Aoristus primus ὤφθην, ὤφθης, ὤφθη.

Ὀρῶ, *moueo, concito*. Futurum, ὀρῶ. Æolice ὄρσω. Præt. med. ὦρα. Attice ὄρωρα.

Ὀφείλω, *debeo*, & per syncopen ὄφλω. Fut. ὀφειλήσω, ὀφλήσω. Præter. ὀφείληκα & ὤφληκα, ab ὀφειλέω & ὀφλέω. Aorist. 2. ὤφειλον ab ὀφειλέω, & ὤφελον & ὦφλον ab ὀφείλω. Sumitur etiam pro aduerbio ὤφελον seu ὄφελον, *utinam ego*: ὄφελε, *utinam ille*.

Π.

Πάσχω, *patior*. Futurum πείσομαι pro πήσομαι, ab inusitato πήθω Aorist. 2. ἔπαθον, à πήθω. Præt. med. πέπονθα, quasi à πένθω. Participium πεπονθὼς, πεπονθότος.

Πεταννύω, *extendo*. Futurum πετάσω. Præt. πεπέτακα, &

 πέπτα-

πέπτακα, πέπταμαι, à πετάω, dicitur etiam πετάζω, πετάζομαι, *expando*.

Πίνω, *bibo*. Futur. πώσω. Præteritum πέπωκα à πόω, Aoriſtus ſecundus ἔπιον, à πίω. Futurum ſecundum πίομαι. Aoriſtus imperatiuus πῖθι, *bibe*. Nam πίε, adſciſcit ſyllabam θι, πίεθι, hinc per craſin πῖθι: dicitur etiam, πῶθι à πῶμι, & per apocopen, πῶ, *bibe*.

Πίπτω, *cado*, πτώσω, ἔπτωσα, πέπτωκα, πεπτωκὼς, & craſi facta, πεπτὼς, πεπτῶτος, πεπτῶσα, τὸ πεπτῶτα, & interpoſito ε, τὸν πεπτεῶτα. Aoriſt. 2 ἔπεσον à πεσέω. Et Aoriſt. 1. ἐπέσησαν. Hinc ἔπεσαν, *ceciderunt*, tertia pluralis, pro ἐπέσησαν. Fut. πεσοῦμαι, Doricum, vſitatum eſt pro πέσομαι, à πέτω.

Πυνθάνομαι, *audio*, *ſciſcitor*. Futurum πεύσομαι. Aoriſtus ſecundus, ἐπυθόμην, à πύθω. Paſſiuum πέπυσμαι, pro πέπευσμαι, abiecto ε, vt fit etiam in verbali, ἄφυκτος, *ineuitabilis*, pro ἄφευκτος, à φεύγω, *fugio*.

Πράττω, *facio*, πράξω, πράττω, vel πιπράσκω, *vendo*. Futurum πράσω, πέπρακα.

Ρ.

Ῥέω, *fluo*. Futurum ῥεύσω & ῥυήσω, à ῥεύω & ῥυέω. Perfect. ἐῤῥύηκα. Aoriſtus ſecundus paſſiuus ἐῤῥύην, ab actiuo ἔῤῥυον, à ῥεύω. Eadem eſt ratio compoſitorum ἐπιῤῥέω, *influo*, διαῤῥέω, *diffluo*, per geminum ῥῥ.

Ῥηγνύω, ῥήγνυμι, *rumpo*. Futurum ῥήξω, à ῥήγω, Præt. med. ἔῤῥωγα, *ruptus ſum*, pro ἔῤῥηγα. Sic διέῤῥωγα, *diruptus ſum*, ἐῤῥωγὼς, διεῤῥωγώς.

Ῥωννύω, ῥώννυμι. Futurum ῥώσω, de quo iam ſupra.

Σ.

Σβεννύω, σβέννυμι, à σβέω, *exſtinguo*. Futurum σβέσω, σβέσομαι. Aoriſtus ἔσβην, à σβῆμι, vel paſſiuus, à σβέω. Aoriſtus ſecundus actiuus ἔσβον, *exſtinxi*. Dicitur etiam σβήσω, pro σβέσω, hinc ἔσβησα, ἐσβηκὼς.

Σεύω, *concito*, *fugo*. Aoriſtus primus ἔσευα. Aoriſtus primus paſſiuus, ἐσύθην, pro ἐσεύθην Præteritum ἔσσυμαι.

Σπένδω, *libo*. Futurum σπείσω, à σπείδω. Nam Æolice pro vocali poſtpoſitiua diphthongi ponitur conſonans. σπείδω, σπένδω, σπείρω, σπέῤῥω, *ſemino*.

Σπεί-

Σπείσκω. Futurum στερήσω, à στερέω, *priuo*.

Σκέω inusitatum, vide in ἔχω.

T.

Τέμνω, *seco*. Futurum τμήξω à τμήγω, vel τμήσω à τμέω vel τμῶ regulare. Perfectum τετέμηκα, per syncopen, τέτμηκα. Passiuum τετέμημαι. Aoristus primus ἐτμήθην, *sectus sum*. Participium τμηθείς. Aoristus secundus ἔταμον, & ἔτεμον. Præterea ἔτμηγον & ἔτμαγον Futurum secundum ταμῶ.

Τίκτω, *pareo*. Futurum τέξω, à τέκω. Præteritum medium τέτοκα. Aoristus secundus ἔτεκον.

Τίνω, *soluo*. Futurum τίσω à τίω.

Τιτρώσκω, *vulnero*. Futurum τρώσω. Præteritum τέτρωκα.

Τρέχω, *curro*. Futurum θρέξω. Præteritum δεδράμηκα, à δραμέω. Aoristus secundus, ἔδραμον. Futurum secundum medium δραμοῦμαι, *curram*. Præteritum medium δέδρομα, *cucurri*, à δρέμω.

Τρώγω, *comedo*. Aorist. 2. ἔφαγον à φήγω. Futur. 2. med. φάγομαι sine circumflexo, vt πίομαι, ἔδομαι. Habet tamen verbum hoc suum quoque Aoristum, ἔτραγον, τραγεῖν.

Τυγχάνω, *sum, adipiscor*. Futurum τεύξομαι. Aoristus secundus ἔτυχον. Præteritum τετύχηκα, à τυχέω, & τεύχω. Tertia persona præteriti perfect. τέτυκται, *est, paratus est*, pro τέτευκται, ablato ε. Plusquamperfectum ἐτετύγμην, ἐτέτυξο, ἐτέτυκτο.

Τλῆμι & τέτλημι, à τλάω, *tolero, sustineo*. Futurum τλήσω. Aorist. 2. ἔτλην, ἔτλης, ἔτλη, *toleraui*. Imperat. τέτλαθι, *tolera*. Aor. 2. τλῆθι. Optatiuus τετλαίην. Aoristus secundus τλαίην. Particip. τλάς, τλάντος.

Y.

Ὑπισχνοῦμαι, *promitto*. Futurum ὑποσχήσομαι ab ὑποσχέομαι, ὑπέσχημαι *promisi*. Aoristus primus ὑπεσχέθην. Aorist. med. ὑπεσχόμην.

Φ.

Φέρω, *fero*. Futurum οἴσω, ab οἴω. Aoristus primus ἤνεγκα. Aorist. 2. ἤνεγκον, ab ἐνέγκω. Præteritum med. Atticū ἐνήνοχα, ab ἐνέχω. Aoristus primus passiuus, ἠνέχθην. Et eadem

dem est ratio compositorum ἀναφέρω, *effero, refero*, καταφέρω, *defero*, μεταφέρω, *transfero*. A φέρω fit φρέω, hinc φρῆμι, φρήσω, ἔφρησα. Aoristus secundus Imperat. φρὲς, *fer*, εἴσφρες, *infer, admitte*: ἔφρες, *effer*.

Φάσκω, *dico*, à φάω, φήσω. Imperfect ἔφασκον, *dicebam*.

Φθάνω. *præuenio, anteuerto*. Futurum φθάσω, à φθάω. Aoristus secundus ἔφθην, à verbo φθῆμι. Optatiuus φθαίην.

X.

Χαίρω, *gaudeo*. Futurum χαρήσω vel χαρήσομαι, à χαρέω. Aoristus secundus, ἔχαρον. Passiuum ἐχάρην. Med. ἐχαρόμην. Perfectum medium κέχαρα.

Χάσκω, *dehisco*. Futurum χανοῦμαι. Præteritum med. κέχηνα. Aorist. 2. ἔχανον, à χαίνω.

Χέω, *fundo*. Futurum χεύσω. Aoristus 1. ἔχευα. Imper. χέον, ἔκχεον, *effunde*. Infin. χέαι, ἐκχέαι, *effudisse*. Aoristus 2. ἔχεον. Futur. 2. χεῶ, ἐκχεῶ, *effundam*.

Ω.

Ὠθέω, *pello*. ὠθήσω καὶ ὤσω. Aoristus primus ὦσα. Attice, ἔωσα, Passiuum ἔωσμαι ab ὤθω.

INDEX VOCABVLORVM LIBRI PRIMI.

Sunt autem quærendi numeri marginales.

A.

ἄδα-

βότρυς

κάπτω

P.

σφωί-

τρίς.

Laus Deo virginiq; Matri.

N. T Enias Tu Enixe to Enia Ten Enian
o Enia. Dualv. N et A: to Enia: G et D: Toiv
Eniain: o.
P. N: i Eniae Ton Enion Tes Eniaes Tus Enias
o Eniae.

S.

[illegible]